¶ Ergo describā formam cuius declaratio precessit. ⁊ ponam primum arcū. e. b. orbis signorū. 30. partes: ⁊ perscrutabor inuētionē arcus. e. t. orbis cōtionis diei. Scōm illud ergo qd premisimus: proportio chorde duupli arcus. r. b. ad chordam duupli arcus. b. a. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde duupli arcus. r. b. ad chordam duupli arcus. t. b. ⁊ ex proportiōe chorde duupli arcus. t. e. ad chordam duupli arcus. e. a. Duplum vō arcus r. b. est. 132. ptes. ⁊. 17. minuta. ⁊. 20. secūda. ⁊ chorda ejus est. 109. partes. ⁊. 44. minuta. ⁊ 53. secūda. ⁊ duplum arcus. b. a. est. 47. partes. ⁊. 42. minuta. ⁊. 40. secunda. ⁊ eius chorda 48. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 55. secunda. Duplum quoq; arcus. r. b. est. 156. partes. ⁊. 40. minuta ⁊ duo secūda. ⁊ eius chorda est. 117. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 15. secunda. ⁊ duplū arcus. b. t. est. 23. partes. ⁊. 19. minuta. ⁊. 59. secūda. ⁊ chorda eius. 24. partes. ⁊. 15. minuta. ⁊ 57. secūda. Cum ergo nos proiecerimus ex proportione. 109. partium ⁊. 44. minutorum ⁊ 53. secūdorū: ad. 48. partes. ⁊. 31. minuta. ⁊. 55. secūda: proportionem. 117. partium. ⁊. 31. minu. ⁊. 15. secūdorū: ad. 24. partes. ⁊. 15. minuta. ⁊. 57. secunda. remanebit pportio chorde duupli arcus. t. e. ad chordam duupli arcus. e. a. ⁊ ipsa est proportio. 54. partium. ⁊. 52. minutoꝝ. ⁊. 26. secundoꝝ. ad. 117. partes. ⁊. 31. nīs. ⁊. 15. ⁊. ⁊ est etiam proportio. 56. partium ⁊ vnius minuti et. 53. secūdoꝝ ad. 120. Duplū vō arcus. e. a. est. 180. ⁊ ci⁹ chorda est. 120. ergo chorda duupli arcus. t. e. fm illas partes est. 56. partes. ⁊ minutum vnum ⁊. 53. secunda. Quapropter erit duplū arcus. t. e. 55. partes. ⁊. 40. minuta vicinius. ⁊. t. e. fm illas ptes erit. 27. partes. ⁊. 50. minuta. ¶ Dorā etiam arcum. e. b. 60. partes. ⁊ dimittā reliqua que sunt in forma fm suam habitudinem. Erit igitur duplum arcus. r. b. 138. partes. ⁊. 59. minuta. ⁊. 42. secunda. ⁊ eius chorda. 112. partes. ⁊. 23. minuta. ⁊. 56. secunda. ⁊ duplum arcus. b. t. 41. partes ⁊ cifre. ⁊. 18. secunda. ⁊ eius chorda. 42. partes ⁊ minutū ⁊. 48. secunda. Ergo cū nos etiā proiecerimus ex pportiōe. 109. ptiū. ⁊. 44. nīs. ⁊. 53. secun. ad. 48. partes ⁊ 31. nīs. ⁊. 55. ⁊. proportionē. 112. ptiū et 23. nīs. ⁊. 56. secū. ad. 42. ptes ⁊. 1. nīs. ⁊. 48. ⁊. remanebit proportio chorde duupli arcus. t. e. ad chordā duupli arcus. e. a. q̄ ē proportio. 95. partiū et. 2. nīs. ⁊. 41. secun. ad. 112. ptes. ⁊. 23. nīs. ⁊. 56. ⁊. q̄ ē etiā sicut proportio. 101. ptiū ⁊. 28. minutorum ⁊. 20. secundoꝝ. ad. 120. partes. A chorda aūt duupli arcus. e. a. est. 120. quapropter erit chorda duupli arcus. t. e. fm illas partes. 101. partes ⁊. 28. minuta ⁊. 20. secūda vicinius. ⁊ arcus. t. e. fm illas partes. 57. partes ⁊. 44. minuta. ¶ Jā ergo declaratū est: q̄ primo. 12. partium orbis signorum tempus elevationis equatur tempori elevationis. 27. partium ⁊. 50. minutoꝝ partium orbis equationis diei fm hunc modum. Et secūde. 12. partiū orbis signorum tempus elevationis equatur tēpori elevationis. 29. partium ⁊. 54. minutorū partiū cōtionis diei. Jā enim ostēsum est: q̄ ipe simul sunt. 57. ptes ⁊. 44. minuta. Et manifestum est: q̄ tertie. 12. partium orbis signorum tēpus elevationis equatur tēpori elevationis residui quarte orbis equationis diei: qō est. 32. partes ⁊. 16. minuta: propter hoc q̄ tēpus elevationum cuiusq̄ quarte orbis declinis equatur tēpori elevationū cuiusq̄ ārte orbis equationis diei: cū fuerint elevationes orbium descriptorū supra duos polos orbis equationis diei. ¶ Scōm hūc vō modū ⁊ hanc declarationē sciemus numerū partiū arcuū orbis equationis diei: que eleuantur cū omnibus decē partibus orbis declinis. eo q̄ arcus qui sunt minus decē partibus: non multum diuersificātur ab arcubus equalibus augmentis superfluētibus. ¶ Et affirmabo portionē partiū orbis equationis diei debitam omnib⁹ decem partibus orbis declinis: pertrāsire cū omnibus decem partibus orbis declinis lineā orbis meridiei in omni loco: ⁊ pertransire horizontē sphere recte. Et incipiam decē primas partes a puncto equationis diei. Igit̄ portio orbis equationis diei que debet decē primis partibus orbis signorū: est nouē tēpora ⁊ decē minuta. Et secūdarū decem portio est nouē tempora ⁊. 15. minuta. Et portio decem tertiarum est nouē tēpora ⁊. 25. minuta. Cum ergo aggregantē portiōes decenarū pme. 12. partiū sunt. 27. tēpora ⁊. 50. minuta. ¶ Portio vō decene quarte est nouē tēpora ⁊. 40. minuta. Et portio decene quinte est nouē tēpora et 58. nīs. Et portio decene sexte est decē tēpora ⁊. 16. nīs. Cū ergo aggregātur decene partis secunde orbis declinis: sunt. 29. tēpora ⁊. 54. minuta. ¶ Portio aūt decene septime est decē tēpora ⁊. 34. nīs. Et portio octaue decene est. 10. tempora ⁊. 47. minuta. Et portio none decene est. 10. tēpora ⁊. 55. minuta. Quapropter cū aggregātur portiōes decenarum tertie. 12.



partium: cuius finis est pūctū tropici: sunt. 32. tēpora ⁊. 16. minuta. Et conuenit vt sit portio. 90. que est totius quarte portio. 90. tēpora. ¶ Et propter hoc manifestū est: ꝙ reliquе ārte filr sunt. Unāquāqz enī quartā comitat qō comitat aliā: ideo ꝙ orbis equationis diei erigitur sup horizontē hominū inhabitantiū sphērā rectam absqz declinatione.

¶ Expleta est dictio prima libri almagesti Ptolemei.

¶ CL. Ptolemei Pheludiensis Dictio secūda libri Almagesti Tredecē capitulis constans Auspicato prodit.

¶ Capitulum primum de scientia locorum habitabilium terre.
¶ Capitulum secundum qualiter sciantur quantitates arcuum circuli horizontis: qui sunt inter orbem equationis diei et orbē declinem: propter quātitatē diei l ōgitudinis dati.
¶ Capitulum tertium qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus cum ponūtur: ⁊ propter quantitatē diei longitudinis cum fuerit datus: ⁊ econuerso.
¶ Capitulum quartum qualiter sciatur quas terras inhabitēt illi: supra summitatē capitū quorum sol trāsit: ⁊ quando: ⁊ quotiens fit illud.
¶ Capitulum quintum qualiter sciantur proportiones instrumentorum ad ymbras suas in orbis signorū equalitate diei: ⁊ in tropicis duobus in medietatib⁹ diei per quedā que prediximus cum fuerint data.
¶ Capitulum sextū de modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.
¶ Capitulum septimū de scientia partium orbis equationis diei: que eleuātur cum partibus orbis signorum in sphera declini.
¶ Capitulum octauum de modo positionis tabularum eius qō eleuatur de orbe equationis diei cum omnibus decē partibus orbis signorum in locis orbium equidistantium.
¶ Capitulū nonū de diuisione eorū que sequunt scientiā eleuationū: ⁊ specificatione eorū.
¶ Capitulum decimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum ⁊ orbem meridiei.
¶ Capitulum vndecimum de scientia angulorum prouenientiū inter orbem signorum ⁊ lineam circuli horizontis.
¶ Capitulum duodecimum de scientia angulorum prouenientiū inter orbem declinem ⁊ orbem descriptum sup ēr duos polos horizontis.
¶ Capitulum tredecimum de positione tabularum arcuum ⁊ angulorum quos narrabimus in orbibus equidistātibus.

¶ Capitulum primū de scientia habitabilium terre.

¶ Et postea que narrauimus

in dictione prima Almagesti de forma totius: ⁊ cōmunitate eorū que sunt in ea sicut p̄ncipia ⁊ antecedentia: ⁊ que necessitas sit eius: ⁊ que estimauimus vtilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbe recto: Studebimus vt ostendamus etiam in sequentibus plurimū eorum que accidunt in orbe declini prout leuius possibile est. ¶ Et hic quoqz sūma eius qō p̄mittendū est: est ꝙ terra diuiditur ī quattuor ārtas: quas separāt orbis equationis diei: ⁊ vnus orbium descriptorū supra polos eius. ⁊ ꝙ vna quartarum quarū septētrionaliū cōtinet fere totā terrā habitabilem quā scimus. Illud autem duobus modis declaratur. Quorū vnus est propter latitudinem: que est spacium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam ymbre instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septentrionem: neqz vnq̄ declinabit ad meridiem. Alter vo propter longitudinem: que est spacium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclypses: ⁊ precipue lunares: que sunt in hora vna: vident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus: ⁊ in extremitate occidentis eius non antecedentes neqz subsequentes plus duodecim horis equalibus. Totum vo spaciū quarte in longitudine est

duodecim horarũ.qm vna duarũ medietatũ orbis equationis diei cõprehẽdit ipsum. Diuisiones aũt quas oportet nos scire: ⁊ qõ estimamus ꝓuenire ei qõ est necessarium in hoc libro:sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus:que sunt sub vnoquoq; orbium eqdistãtiũ ⁊ equidistãtiũ orbi eqtiõis diei. Et hoc est quãta sit lõgitudo duoꝝ polozũ sphere pme ab horizõte. Aut quãta sit lõgitudo pũcti:qõ est supra summitatẽ capitũ in orbe meridici:ab orbe equationis diei.Et in quibus locis currat sol supra summitatẽ capitũ:⁊ quando ⁊ quotiens sit illud.Et que sit proportio instrumentorum ad vmbras suas:per que considerat in equalitate diei ⁊ in duobus tropicis in medietatibus diei. Et quantum addat dies lõgior:⁊ minuat dies breuior de die equali.Et preter hoc que sint augmẽta:⁊ diminutiones que accidũt nocti ⁊ diei.Et que sint diuersitates eius cum quo eleuatur equator diei ⁊ orbis declinis:⁊ cũ quo occultãtur ambo.Et que sint proprietates angulorꝝ prouenientiũ ex sectione orbiũ maiorꝝ:⁊ magnitudines eorũ:⁊ oia que ex eis ꝓtingũt ⁊ que in eis accidũt.

¶ Capitulum secundũ Qualiter sciãtur quãtitates arcuũ circuli horizontis:qui sunt inter orbẽ eqtionis diei ⁊ orbẽ declinẽ pp quãtitatẽ diei lõgioris cũ fuerit datus:⁊ ecõuerso.

Uius itaqꝫ exemplum ponam lineam que est supra rhodũ ẹquidistãtem orbi equationis diei vbi est altitudo poli.36.partes.⁊ in quo dies longior.14.horas ⁊ medietatẽ hore ex horis equalibus habet.Et describam propter hoc meridici orbem supra quẽ sint.a.b.g.d.⁊ describam in eo medietatẽ circuli horizontis orientalis:supra quã sint.b.e.d.⁊ medietatem orbis equationis diei:supra quã sint.a.e.g.⁊ signabo supra polum meridianum.r.⁊ supra ortum tropici hiemalis orbis signorũ.b.⁊ describã supra duo puncta.r.et.b.arcum.r b.t.⁊ ponam longitudinẽ diei longioris:⁊ inquiram quantitatem arcus.e.b.circuli horizontis.Et qꝫ reuolutio sphere nõ est nisi super duos polos equationis diei:Tũc manifestum est:ꝙ duo puncta.b.⁊.t. cadunt simul in tempore vno super arcum.a.b.orbis meridici propter motum sphere. Tempus autem puncti.b.qõ est ab oriente ad mediũ celi qõ supra terram est:est quãtitas arcus.t.a tẽpus vo a medio celi sub terra ad oriẽs:est quantitas arcus.g.t.⁊ sequtur hoc vt sit tẽpus diei quantitas duplí arcus.t.a.⁊ tempus noctis existat quãtitas duplí arcus.g.t. Sectiones enĩ orbiũ eqdistantiũ orbi equationis diei separate sũt supra terram ⁊ sub terra.eo ꝙ orbis meridici secat eos omnes in duo media ⁊ duo media.Quapropter erit arcus.e.t.qui est medietas superflui qõ est inter longiorẽ diem vel breuiorem ⁊ inter equalitatem:hora ⁊ quarta hore:in loco huius lineę:⁊ illud est.18.tempora ⁊.45.minuta.Arcus aũt residuus ad cõplẽdam quartam:qui est.t.a.erit.71.tempora ⁊.15.minuta.Scõm ergo ꝙ iam precessit ex declaratione:iam secant se inter duos arcus orbium maiorum:qui sunt.a.e.⁊.a. r. duo arcus e.b.b.⁊.r.b.t.supra.b.ergo proportio chorde duplí arcus.e.a.ad chordam duplí arcus.a.t. aggregatur ex duabus proportionibus.ex proportione chorde duplí arcus.t.r.ad chordam duplí arcus.r.b.et ex proportiõe chorde duplí arcus.b.b.ad chordã duplí arcus.b.e.Duplũ aũt arcus.t.a.est.142.partes ⁊.30.minuta.⁊ eius chorda est.113.partes ⁊.37.minuta et 54.secũda.⁊ duplũ arcus.a.e.est.180.partes ⁊ eiꝰ chorda.120.Duplũ quoq; arcus.t.r.est 180.partes.⁊ eius chorda.120.partes.⁊ duplum arcus.r.b.est.132.partes ⁊.17.minuta ⁊.20.secũda.⁊ eius chorda.109.partes ⁊.44.minuta.⁊.53.secunda. Cum ergo proiecerimus ex proportione.113.partium ⁊.37.minutoꝝ ⁊.54.secundoꝝ ad.120.proportionem 120.ad.109.partes ⁊.44.minuta ⁊.53.secunda:remanebit proportio chorde duplí arcus b.b.ad chordam duplí arcus.b.e.que est proportio.103.partũ ⁊.55.minutorum ⁊.23.secundorũ ad.120.Chorda vo duplí arcus.b.e.qm ipse est quarta circuli est.120.ergo chorda duplí arcus.b.b.fere fm illas partes est.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23.secunda: quapropter erit duplum arcus.b.b.120.partes.⁊ arcus.b.b solum fm illas partes.60.partes. remanet ergo arcus.e.b.fm illas partes.30.partes:fm quantitatem qua circulus horizon est.360.partes.Et hoc est qõ oportuit nos demonstrare.

¶ Capitulum tertium Qualiter sciatur altitudo poli propter hoc arcus cũ ponũtur:⁊ propter quantitatem diei longioris cum fuerit datus:⁊ econuerso.

Si ergo illud datũ.⁊ inuestigemus inuentione altitudinis poli: que sit arcus.b.r.orbis meridici. Erit ergo in hac forma proportio chorde duplí arcus.e.t.ad chordã duplí arcus t.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportiõe chorde duplí arcus.e.b.ad chordam duplí arcus.b.b.et ex proportione chorde duplí arcus.b.r.ad chordã duplí arcus.r.a.Duplum vo arcus.e.t.est.37. partes ⁊.30.minuta.⁊ eius chorda est.38.partes ⁊ trigintaquattuor minuta ⁊.22. secunda.⁊ duplũ arcus.t.a.est.142.partes ⁊.30.minuta.⁊ chorda eius.113.partes ⁊.37.minuta ⁊.54.secunda.Duplũ quoq; arcus.e.b.est.60.partes.⁊ chorda eius.60.partes.⁊ duplũ

Si quis quere[ret] hoc [illegible] ex duabus Conuersis [illegible] ex illarum conuersis. Ipse id in textu Compositum [illegible] Necesse est et [illegible] Conuersis. Id est [illegible] Indicat textus. Indeterminatum est.

arcus.b.b.est.120.partes.& eius chorda.103.partes & 55.minuta & 23. secunda. Cũ ergo proiecerimus ex proportione.38.partium & 34.minutorum.& 22.secũdorum ad.113. partes & 37.minuta & 54.secunda:proportionẽ.60.partium ad.103.partes & 55.minuta & 23.secunda:remanebit proportio chorde duupli arcus.b.r.ad chordam duupli arcus.r.a. que est proportio.70.partium & 33.minutorum ad.120.partes vicinius. Chorda quoq; duupli arcus.r.a.est.120.partes.ergo chorda duupli arcus.b.r.fm illam qsitatem est. 70. partes & 33.minuta Quapropter erit duplum arcus.b.r.72.partes & vnũ minutũ.& arcus b.r.solum fm illam quantitatem.36.partes vicinius.



Secundum huius quoq; conuersionem in hac forma ponam arcum.b.r.qui est altitudo poli data triginta sex partes.& inquiram intentionẽ superfluui quod est inter quantitatẽ diei longioris & breuioris:& inter equalitatem.& illud est duplum arcus.e.t. Quapropter erit proportio chorde duupli arcus.b.r.ad chordã duupli arcus b.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportione chorde duupli arcus.r.b. ad chordam duupli arcus.b.t.& ex proportione chorde duupli arcus.t.e.ad chordam duupli arcus.e.a. Duplum aũt arcus.r.b.est.72.partes.& chorda eius.70.partes et.32.minuta et.3.secũda. et duplum arcus.b.a.est.108.partes.et eius chorda est.97.partes et.4.minuta et.55.secũda. Duplum quoq; arcus.r.b.est.132.partes et.17.minuta et.20.secunda.et chorda eius est.109.partes et.44 minuta et.53.secunda.et duplum arcus.b.t.est.47.partes et.42.minuta et.40.secũda.et eius chorda est.48.partes et.31.minuta et.55.secũda. Cũ ergo proiecerimus ex proportione.70.partium et.32.minutorũ et trium secundorũ ad.97. partes et 4.minuta et.55.secunda:proportionem.109.partium & 44.minutorũ & 53.secundorum ad.48.partes et.31.minuta et.55.secũda.remanebit proportio chorde duupli arcus.t.e.ad chordam duupli arcus.e.a.que est proportio.31.partium et.11.fm.et.33.secundorũ ad.97. partes et.4.fm.et.55.&. Hoc nãq; ppinquius est proportioni.38.partiũ et.34.fm.ad.120. Chorda autem duupli arcus.e.a.est.120.fit ergo chorda duupli arcus.e.t.fm illã quantitatẽ 38.partes & 34.fm.quapropter duplum arcus.e.t.erit.37.partes et.30.fm.vicinius.et ipse sunt due hore et dimidia ex horis equalibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoq; sciemus arcũ b.e.horizontis.eo q; proportio chorde duupli arcus r.a.ad chordam duupli arcus.a.b.datã:aggregatur ex duabus proportionibus:scilicet ex ꝓportiõe chorde duupli arcus.r.t.ad chordã duupli arcus.t.b.que est data:& ex proportione chorde duupli arcus.e.b.ad chordã duupli arcus.e.b. Arcus vo.e.b. est datus:remanet itaq; quãtitas arcus.e.b.data. ¶ Manifestũ est igitur q; hi illud cuius inquiritur sciẽtia:nõ sit punctũ tropici hiemalis:qõ est.b.fi sit illud qõ est de partibus circuli signorum:vt est.e.sicr etiam scientur duo arcus.e.t.& e.b.eo q; nos iam premisimus tabulam declinationis cuiusq; partium orbis signorũ ab orbe equationis diei in orbe meridiei:& illud est oppositum.b.t.ex arcubus.



Sequitur autem illud:vt orbes equidistantes orbi equationis diei:qui secant partes orbis signorum:equalis lõgitudinis a puncto cuiuslibet duorum tropicorum: secent etiam ex horizonte vtriq; arcus equales:in quibuscunq; earum partium fuerint orbis equationis diei.& fiant quantitates noctis & diei equales : omnis scz quantitas sue opposite. ¶ Et declaratur cũ hoc etiã: vt orbes equidistantes orbi equationis diei:equalis longitudinis a quolibet duorum punctorũ equantiũ diẽ:sicr secẽt ex horizonte arcus equales ab vtrisq; lateribus orbis equationis diei.& sint quantitates noctis & diei in illis alternate. ¶ Et hoc est:q; si nos signauerimus in hac forma punctum.k. supra quod secet orbis eqdistãs orbi equationis diei:eqlis descripto supra.h.medietatẽ circuli horizontis:supra quã sint.b.e.d.& cõpleuerimus duos arcus.b.l.& k.m.qui sint due sectiões duorũ orbiũ equidistantium ecõtrario.quos manifestum est esse equales.& descripserimus supra k.& supra poli septẽtrionalẽ:qui sit pũctũ.q.quartã orbis:supra quã sint.k.n.erunt duo arcus.a.t.& n.g.equales:ideo q; ipsi sunt similes arcubus duobus.l b.& m.k.quisq; videlicet suo relatiuo.& remanebit arcus.e.t.equalis arcui.e.n.residuo.& erũt duorum triangulorum e.b.t.et.e.k.n.duo latera vnius:duobus lateribus alterius eqlia : videlicet.e.t.equale.e.n.& b.t.equale.k.n.& angulus.t.equalis angulo.n.quapropter erit basis.e.b.equalis basi.k.e.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

¶ Capitulum quartum Quo sciuntur prouincie in quibus sol trãsit supra summitatem capitũ illas inhabitantium:& quando:& quotiens sit illud.

Manifestũ est igitur q; nunq; sol currit supra summitatẽ capitum habitãtiũ in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equationis diei:que plus elõgantur ab orbe equationis diei q̃ sit lõgitudo puncti tropici estiualis.que est.23.partes.51.minuta & 20.secũda. Supra summitatẽ vo capitũ inhabitãtiũ loca que sunt sub linea equidistãti orbi equationis diei:cuius longitudo ab equatio-

ne diei est partes iste:currit sol semel in anno:cum est in puncto tropici estivalis. Sed supra summitatē capitū inhabitātiū loca que sunt sub lineis equidistantibus equationi diei quoq; longitudo ab ea minor est bis ptibus:sol bis in anno currit. ¶ Qui vo illud erit:quo leuius inuenitur a nobis est: vt intremus numerū partium longitudinis linee ab equatione diei equidistantis ei:in linea secūdā tabule declinationis.⁊ cōsideremus qō est corum ea cōsequēter in linea prima ex numero partium quarte. Cū enim solis longitudo ab vno quoq; duorum punctorum equātiū diem ad partē tropici estivalis fuerit equalis illis ptibus in longitudine:tunc sol curret supra summitatē capitū eorū qui sunt sub illa linea.

¶ Capitulum quintum Qualiter sciātur proportiones instrumētorum ad vmbras suas in equalitate diei:⁊ in duobus tropicis:in medietatibus dierū:per quedā predicta:cum fuerint data.

Facilius quoq; quo sciūtur proportiones vmbre ad instrumēta:postq̄ iam scimus quantitatē arcus q̄ est inter duos tropicos:⁊ arcus qui est inter horizontē ⁊ inter duos polos:est quemadmodum narrabo. ¶ Describam orbem meridiei:supra quē sint.a.b.g.d.supra centrum.e.⁊ ponam pūctū quod est supra summitatem capitum.a.⁊ protraham diametrū. a.e.g.⁊ producam a.g. in superficie orbis meridiei lineam ortogonaliter:supra quā sint.g.k.r.n. Manifestum est igitur:q̄ hec linea equidistat linee:que trāsit supra duo puncta:supra que se secant orbis meridiei ⁊ circulus horizon Et qm̄ quantitas totius terre:apud quantitatem orbis solis:est sicut punctum ⁊ centrum fm sensum: Ponam centrum.e.caput instrumenti. ⁊ imaginabor instrumentum lineam.g.e.sitq; linea.g.k.r.n.supra quā cadit extremitas vmbre in medietatibus dierū. Et sit radius solis in die breuiori:⁊ in die longiore:⁊ in die equali trāsiens supra pūctum.e. Et sit radius solis in die equali linea.b.e.d.r.⁊ radius eius in die longiore linea.b.e.t.k.⁊ radi? eius in die breuiori linea.l.e.m.n. Sitq; linea.g.k.vmbra diei lōgioris. ⁊ linea.g.r.vmbra diei equalis.⁊ linea.g.n.vmbra diei breuioris.Et qz arcus. g.d. equatur altitudini poli septētrionalis ab horizonte in hoc climate.que est. 36.partes:fm quantitatē qua circulus est. 360.partes.⁊ vnusquisq; duorum arcuū.t.d.⁊.d.m.est fm illam quātitatē.23.partes.⁊.51.minuta ⁊.20.secunda.Ergo manifestum est:q̄ arcus.g.t.residuus est 12.partes ⁊.8.minuta ⁊.40.secūda. Sed totus arcus.g.m.fm illam quantitatem est.59. partes ⁊.51.minuta ⁊.20.secunda.Quapropter erunt anguli qui sunt sub eis:fm quātitatē qua q̄ttuor anguli recti sunt.360.partes ita.t.erit angulus.k.e.g.12.partes ⁊.8.minuta ⁊.40.secunda.⁊ angulus.r.e.g.36.ptes.⁊ angulus.n.e.g.59.partes ⁊.51.minuta ⁊.20 secūda.Scōm quātitatē vo qua duo anguli recti sunt.360.partes:erit angulus. k.e.g.24. partes ⁊.17.minuta ⁊.20.secunda.⁊ angulus.r.e.g.fm illam quantitatem.72.partes.⁊ angulus.n.e.g.119 partes ⁊.42.minuta ⁊.40.secunda.Arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti supra tres angulos:supra quos sunt.k.e.g.⁊.r.e.g.⁊.n.e.g.ortogonios:erunt sic: videlicet erit arcus qui est supra lineam.g.k.24.partes ⁊.17.minuta ⁊.20.secunda.⁊ ille q̄ est supra lineam.e.g.qui est id quod minuit ex semicirculo:erit fm quantitatē illam. 155. partes ⁊.42.minuta ⁊.40.secūda.Et ille qui est supra lineam.g.r.erit.72.partes.⁊ ille qui est supra lineam.g.e.erit fm illā quātitatem.108.partes. Et ille qui est supra lineā.g.n. erit 119.partes ⁊.42.minuta ⁊.40.secunda.⁊ ille qui est supra.g.e.qui est id quod minus est etiā ex semicirculo.60.partes ⁊.17.minuta ⁊.20.secūda. Scōm quantitatē ergo qua.g.k. erit.25.partes ⁊.14.minuta ⁊.43.secunda:erit.g.e.117.partes ⁊.18.minuta ⁊.51.secunda.Et fm quantitatē qua etiam.g.r.erit.70.partes ⁊.32.minuta ⁊.3.secunda:erit.g.e.97. partes ⁊.4.minuta ⁊.55.secunda.Et fm illam quātitatem qua est.g.n.103.partes ⁊.46. minuta ⁊.16.secunda:erit.g.e.60.partes ⁊.15.minuta ⁊.42.secūda.Scōm illā ergo quātitatē qua instrumentū.g.e.erit.60.partes:erit vmbra.g.k.estivalis.12.partes ⁊.55.minuta. Et erit vmbra.g.r que est diei equalis.43.partes ⁊.36.fn.fere. Et erit vmbra.g.n.hiemalis.103.partes ⁊.20.minuta propinquius. ¶ Quapropter fm cōuersionē declarabitur nobis:q̄ cum due triū proportionū instrumēti.g.e.ad vmbras suas fuerint scite:quecunq; due fuerint: scientur per illud altitudo poli:⁊ quod est inter duos tropicos.Qui cum scitū fuerit duo triū angulorū:quecūq; duo fuerint scietur reliquus angulus:propter hoc q̄ duo arcus.t.d.⁊.d.m.sunt equales. Verū acceptio inuentionis vere fm considerationē ad sciēdum duos arcus:in qua nō est dubitatio:est fm modum quem premisimus. Scire autem illud propter proportiones instrumētorum ad vmbras suas: non est ita certum:eo q̄ tempus vmbre equalitatis in se non est discretum.⁊ extremitates capitum vmbrarum hiemalium in ea difficulter comprehendantur.



¶ Capm sextum De modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.

Dictio

AB huius autem similitudinem in reliquis lineis equidistantibus equationi diei accipiam summa proprietatū earum. ⁊ ponam superfluum declinationis aliarū ab alijs quartā horę: que sit horarum equalium. in hoc nāq; existit sufficientia. Et narrabo summam eorū que in eis contingunt. Et ante diuisionem huius et partitionem etiam incipiam loqui de equidistanti que est sub equatione diei: quam inuenimus finem meridiei a tota quarta terre habitabilis. Hec autē sola nūq; facit diē ⁊ noctē in oibus diebus anni equales semper. qm̄ in ea trā secat circulus horizon omnes orbes equidistantes equationi diei in duo media ⁊ duo media. Et sunt omnes portiones eorum que sunt super terram fisles ⁊ equales portionibus eorum que sunt sub terra. Q̄ō equidē est qō nō cōtingit in aliquo eorum orbium maiorū declinatorum ab equatiōe diei. Orbem vo equatiōis diei: qui est ex magnis orbibus: circulus horizon solum secat in duo media in omni loco terre. ⁊ equantur dies ⁊ nox in eo: ⁊ sunt equales fm̄ sensum vbiq; terrarum. qm̄ circulus horizon est etiam ex magnis circulis. Unumquēq; autem orbium ei equidistātium ab eo declinatorum: qui sunt preter ipsum in parte habitabili: ⁊ in parte meridiei: horizon secat in duas portiones diuersas. Et erūt portiones que sunt supra terram: eorum qui sunt in parte meridiei ab eo minores eis que sunt sub terra. ⁊ erunt dies breuiores tēporis noctibus. Sed quecūq; portiōes sunt ex eis qui sunt ex pte septētrionis ab eo: erūt fm̄ conuersionem eius: erūt scilicet portiones que sunt supra terram: maiores eis que sunt sub terra. Et erūt dies longiores temporis noctibus. Et vmbra huius linee equidistantis in sphera terre equatiōi diei declinat ad ambas partes. qm̄ trāsitus solis erit supra summitatē capitum eorum qui sunt sub ea: duabus vicibus: scilicet in duobus locis sectionum circuli equationis diei ⁊ circuli declinis. Et tūc trā erūt instrumenta in medietatibus dierū nō habentia vmbram. Quando vo fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentrionali: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partem meridiei. Et cum fuerit cursus solis in medietate orbis signorum meridiana: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partē septētrionis. Et erit quantitas vmbre estiualis ⁊ hiemalis in hoc loco fm̄ quāritatē qua erit longitudo instrumentorū. 60. partes. 26. partes ⁊ medietas partis propinquius. ¶ Totū autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quāritate vmbre: nō erit nisi de vmbra meridiei. Et nos non accipere possumus veritatem meridiei: neq; in duobus punctis equalitatis: neq; in duobus punctis duorū tropicorū. sed tamē cum nos acceperimus vmbram in his tēporibus apud horā meridiei: erit ppinquum veritati: neq; variabitur in aliquo: cuius quantitas sit sensibilis. Et erit cursus stellarū: que sunt super hanc lineam: supra summitatē capitum eorū qui habitant sub ea. Et clare manifestum est: q; stelle celi eis oriuntur omnes ⁊ occidunt. qm̄ duo poli sphere in veritate circuli horizōtis nō describunt orbē equidistantē eq̄tioni diei semper apparētem: neq; semper occultum: secantē orbē meridiei. ¶ Quidā aūt dicunt: q; possibile est: vt illud qō est sub hac linea equidistāte ex terra sit habitabile: ideo q; eius complexio est valde bona: eo q; sol nō prolonget obumbrationē suam supra puncta summitatis capitum: propter velocitatem sue declinationis in latitudine ab eq̄tione diei. Et propter hoc sunt estas ⁊ hiems bone complexionis: propter breuitatem longitudinis solis a sūmitate capitū: qm̄ est in vtrisq; tropicis. Hoc aūt qō dicimus: est fm̄ estimationem ⁊ putaf. Utrū vo illud qō est sub hac linea habitetur: nos huius scientiā non cō prehendimus. qm̄ aliq; non peruenit ad eam: qui sunt in nostris regionibus habitabilibus: vsq; ad diem hūc nostrum. Proprietates aūt que sunt sub hac linea eq̄distante circulo eq̄tionis diei: absolute dico q; sunt he q̄ narrauimus. ¶ Reliquarū vo equidistantiū eq̄tioni diei: in quibus possibile est scire: q̄ sint regiōes ⁊ loca que sub eis habitātur: narrabo summā proprietatis cuiusq; ne reiteremus sermonē in hora omni. Stelle q̄ sunt supra sūmitates capitum in vnaquaq; linea earum: sunt que secant de orbe descripto supra duos polos eq̄tionis diei: arcus inter stellas ⁊ orbē eq̄tionis diei: equales spacio: qō est inter lineā ⁊ orbē equationis diei. Et q; circulus semper apparens est: cuius centrum est polus equationis diei septētrionalis: descriptus fm̄ longitudinem altitudinis poli ab horizonte: erunt stelle quas iste continet circulus: semper apparētes. Stelle autem semper occulte sunt: que sunt in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus: descripto fm̄ longitudinē depressionis poli ab horizonte.

¶ De secunda.

Linea vo equidistans secunda est: cuius longiorie diei longitudo est. 12. hore ⁊ q̄rta hore: que sunt de horis equalibus. Et eius spacii ab equatione diei est q̄tuor partes ⁊ quarta partis fere: descripta supra insulā Barbanē. qlae est ex lineis: i quibus declinat vmbre meridiei ad duo latera. qm̄ sol obumbrat supra summitatem capitum eor: qui sunt sub ea: bis in anno. Instrumēta vo seu gnomones nō habebunt vmbram in medietatibus diei: cū fuerit spacium solis a tropico estiuali ad quālibet quarum partium. 79. partes ⁊ me

dietas partis. Cũ ergo fuerit transitus solis et ipse in bis. 159. partibus: erit declinatio umbre gnomonũ ad partem meridiei in medietatibus dierum. Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in. 201. partibus residuis: erit declinatio umbre gnomonũ ad partem septẽtrionis in medietatib⁹ dierũ. Et erit in hoc loco umbra equalitatis quattuor partes: ⁊ tertia partis: ⁊ tertia quarte partis vicinius: fm quantitatẽ qua erunt gnomones. 60. partes. Et erit umbra estualis. 21. ptes ⁊ tertia ptis vicini⁹. Et umbra hiemalis. 32. ptes vicinius. ¶ De tertia.

Linea aũt equidistans tertia est in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 8. partes ⁊. 25. minuta: descripta supra chaalingis filisolitus. Ipsa quoq; est ex lineis: in quibus declinat umbra meridiei ad uno latera. Et obumbrat sol supra summitatẽ capitũ eorũ bis in anno. Et neq; gnomones habebunt umbram in medietatibus dierũ: cũ fuerit spacium solis a tropico estuali ad utrasq; partes. 69. ptes fere. Quapropter cũ fuerit trãsitus solis et ipse in bis. 138. partibus: erit declinatio umbre gnomonũ ad partem meridianã in medietatibus diei. Et cũ fuerit trãsit⁹ ei⁹ ⁊ ipse in. 222. partibus residuis: erit declinatio umbre ad partẽ septẽtrionis. Et erit in hoc loco umbra equalitatis. 8. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ptis. Et umbra estatis. 16. partes: ⁊ medietas: ⁊ tertia quarte partis fere. Et umbra hiemis. 37. partes ⁊ medietas ⁊ tertia: ⁊ tertia quinte partis fere. ¶ De quarta.

Linea equidistans q̃rta est: in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elõgatio ab equatione diei est. 12. partes ⁊ medietas partis: descripta supra chaalingis filisolitus. Et ipa etiam est ex lineis: in quibus declinat umbra meridiei ad utraq; latera. Et obumbrat sol supra summitatẽ capitũ eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebũt umbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estuali ad utrasq; partes. 57. partes ⁊ due tertie partis. Quapropter cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in bis. 115. partibus ⁊ tertia partis: erit declinatio umbre gnomonũ ad partem meridiei. Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in. 244. partibus ⁊ duabus tertiis partis residuis: erit declinatio umbre gnomonũ ad partem septẽtriõis. Et erit umbra equalitatis. 13. partes ⁊ tertia partis fere. Et umbra estatis. 12. partes ⁊ tertia quinte partis fere. Et umbra hiemalis. 44. partes ⁊ sexta partis fere. ¶ De quinta.

Linea equidistans quinta est: in qua longitudo diei lõgioris est. 13. hore. ⁊ eius elõgatio ab equatione diei sedecim partes ⁊. 27. minuta: descripta supra insulã mãrdis. Que etiã est ex lineis: i quib⁹ umbra meridiei ad utraq; latera declinat. Et obumbrat sol supra summitatẽ capitũ eorum qui sunt sub ea: bis i anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habent umbram: cũ fuerit elongatio solis a tropico estiuo ad duas partes. 45. partes. Quapropter cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipe in bis. 90. partibus: erit declinatio umbre gnomonum ad partem meridiei. Et cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in. 270. partibus residuis: erit declinatio umbre ad partẽ septẽtrionis. Et erit umbra eq̃litatis. 17. partes ⁊ medietas ⁊ q̃rta partis. Et umbra estiua septem partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et umbra hiemalis 51. partes. ¶ De sexta.

Linea v̄o equidistans sexta est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ quarta hore. Et eius elõgatio ab equatione diei est. 20. partes ⁊. 14. minuta: descripta supra bubatis. Que etiã est ex lineis: i q̃b⁹ umbra meridiei declinat ad utraq; latera. Et obũbrat sol supra summitatẽ capitũ eor̄ qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebunt umbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estuali ad utraq; latera. 31. partes. Quapropter cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in bis. 62. partibus: erit declinatio umbre gnomonũ ad partẽ meridiei. Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in. 298. partib⁹ residuis: erit declinatio umbre gnomonũ ad partẽ septentrionis. Et erit umbra equalitatis 22. ptes ⁊. 8. minuta. Et umbra estiua. 3. partes ⁊ medietas partis ⁊ q̃rta partis. Et umbra hiemalis. 58. partes ⁊ sexta partis. ¶ De septima.

Linea equidistãs septima est: in qua longitudo diei lõgioris est. 13. hore ⁊ medietas hore. Et eius elõgatio ab equatione diei est. 23. partes ⁊. 51. minuta ⁊. 20. secũda. descripta supra [illegible]. Et ipsa est prima linea equidistantum: in quibus umbra meridiei declinat ad partem vnã. neq; vnq̃ erit declinatio umbre gnomonũ eis qui sunt sub ea ad ptẽ meridiei. Uerũtã sol obumbrat supra summitatẽ eorum capitũ in tropico estiuo nis. Et nõ habebunt tunc gnomones in medietatibus diei umbrã: eo q̃ spacium huius linee ab equatiõe diei est sicut tropici estualis ab eo. In reliquis v̄o lineis erit declinatio umbre gnomonũ in medietatibus diei semper ad partem septẽtriõis. Eritq; umbra equalitatis sub hac linea. 26. partes ⁊ medietas partis. Et umbra hiemalis. 66. partes fere. Estas v̄o nõ habebit umbrã. Et in omnibus lineis equidistãtibus: que sunt ad septẽtrionẽ ab hac linea vsq; ad lineã que terminat regiones habitabiles: declinabit umbra gnomonum in medietatibus dierũ ad ptẽ septẽtrionis. Et neq; gnomones i eis vnq̃ erũt in medietatib⁹ dierũ absq; umbra. neq; umbra vnq̃ declinat ad partem meridiei: sed est eius declinatio semper ad partẽ

septētrionis. qñ sol nūq̃ obumbrat supra summitatē capitū ipsoꝝ. ¶ De octaua.

Linea ēo equidistās octaua est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 27. partes ⁊. 40. minuta: descripta supra [illegible]. Et umbra estiua est quattuor partes. Et umbra eqlitatis est. 31 partes ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis vicinius. Et umbra hiemis est. 75. partes ⁊ medietas partis. ¶ De nona.

Linea equidistās nona est: in qua lōgioris diei lōgitudo ē. 14. hore. Et eius elōgatio ab eqtione diei. 30. ptes ⁊. 22. minuta: descripta supra ~~insimum terre egypti~~. Et umbra estatis ser partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis. Et umbra eqlitatis. 35. ptes ⁊ sexta partis fere. Et umbra hiemis. 83. partes ⁊ quarta partis. ¶ De decima.

Linea equidistās decima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 33. partes ⁊. 18. minuta: descripta ~~supra medium fein~~. Et umbra estiua est. 10. partes. Et umbra equalitatis. 39. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. Et umbra hiemalis est. 93. partes vicinius. ¶ De vndecima.

Linea equidistās vndecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 36. partes: descripta supra insulā rhodum. Et umbra estiua est. 12. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte ptis. Et umbra eqlitatis. 43. partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et umbra hiemalis est. 103. partes ⁊ tertia partis. ¶ De duodecima.

Linea equidistās duodecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei est. 38. partes ⁊. 35. minuta: descripta supra ~~cimbaē~~. Et umbra estiua est. 15. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta ptis vicinius. Et umbra eqlitatis est. 47. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et umbra hiemalis est. 114. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis. ¶ De tredecima.

Linea equidistans tredecima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 40. partes ⁊. 56 ñ. fere: descripta ~~supra Icinitas~~. Et umbra estiua est. 18. partes ⁊ tertia ⁊ medietas q̃nte partis fere. Et umbra equalitatis. 52. ptes vicini⁹. Et umbra hiemalis. 127. ptes ⁊ tertia ⁊ medietas q̃nte ptis. ¶ De decia q̃rta.

Linea equidistans decima quarta est: in qua lōgitudo diei longioris est. 15. hore. Et quarta hore. Et eius elōgatio ab eqtione diei. 43. partes ⁊ duodecima partis: descripta ~~supra nilio~~. Et umbra estiua est. 20. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis fere. Et umbra eqlitatis est. 55. partes ⁊ medietas quinte. Et umbra hiemalis. 141. partes fere. ¶ De decima quinta.

Linea equidistans decima quinta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 45. partes ⁊ vnū minuti: descripta supra medium ~~malisitas~~. Et umbra estiua est. 23. partes ⁊ quarta ptis fere. Et umbra eqlitatis ē. 60. ptes. Et umbra hiemalis est. 155. ptes ⁊ q̃rta ptis. ¶ De decima sexta.

Linea equidistans decima sexta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei. 46. partes ⁊. 51. minuta: descripta supra fontes ~~flaminis alios~~. Et umbra estiua est. 25. ptes ⁊ medietas ptis fere. Et umbra eqlitatis. 64. partes vicinius. Et umbra hiemalis est. 171. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. ¶ De decima septima.

Linea equidistans decima septima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 16. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 48. ptes ⁊. 32. minuta: descripta ~~supra egressio nes bauristenis~~. Et umbra estiua est. 27. partes ⁊ medietas ptis ⁊ medietas q̃nte partis fere. Et umbra equalitatis est. 67. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et umbra hiemalis est. 189. partes fere. ¶ De decima octaua.

Linea equidistās decima octaua est: in qua lōgitudo diei lōgioris est. 16. hore ⁊ quarta hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 50. partes ⁊ quarta partis: descripta supra ~~medii paludis meotide~~. Et estiua umbra est. 29. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta partis vicinius. Et umbra equalitatis est. 72. partes ⁊ sexta ptis fere. Et umbra hiemalis est. 210. partes ⁊ due tertie partis vicinius. ¶ De decima nona.

Linea equidistans decima nona est: in qua lōgitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 51. ptes ⁊ medietas ptis: descripta sup vltimā partē ~~meridiei~~ britānie. Et umbra estiua est. 31. ptes ⁊ tertia et medietas sexte partis. Et umbra equalitatis. 75. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis vicini⁹. Et umbra hiemalis. 229. partes ⁊ due tertie partis fere. ¶ De vigesima.

Linea equidistans vigesima est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ tres quarte. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 52. partes ⁊. 50. minuta: descripta ~~supra egressiones nilos~~. Et umbra estiua est. 33. partes ⁊ quarta partis fere. Et umbra equalitatis. 79. partes ⁊ sexta partis fere. Et umbra hiemalis. 253. ptes ⁊ medietas ⁊ medietas

sexte partis: fm supradictam quantitatem.

¶ De vigesima prima.

Linea equidistans vigesimaprima est: in qua longioris diei longitudo est. 17. hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 54. partes ⁊ vnum minutū: descripta super egressiones tartaris. Et vmbra estiua est triginta quattuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicini⁹. Et vmbra equalitatis. 82. partes ⁊ due tertie partis fere. Et vmbra hiemalis. 279. partes ⁊ sexta partis fere.

¶ De vigesima secunda.

Linea equidistans vigesimasecunda est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ quarta hore. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei est. 55. partes: descripta super berica nae britānie maioris. Et vmbra estiua est. 36. partes ⁊ q̄rta partis vicini⁹. Et vmbra equalitatis octuaginta quinq; partes ⁊ due tertie partis. Et vmbra hiemalis est. 304. partes ⁊ medietas partis.

¶ De vigesima tertia.

Linea equidistans vigesimatertia est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatiōe diei est. 56. partes: descripta supra medium britannie maioris. Et vmbra estiua est. 37. partes ⁊ due tertie partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 88. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 335. partes ⁊ tertia partis.

¶ De vigesima quarta.

Linea equidistans vigesimaquarta est: in qua longitudo diei longioris est. 17. hore ⁊ tres quarte hore. Et eius elōgatio ab equatione diei. 57. partes: descripta super cantonis britannie. Et vmbra estiua est. 39. partes ⁊ sexta partis. Et vmbra equalitatis. 92. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis. 372. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis fere.

¶ De vigesima quinta.

Linea equidistans vigesimaquinta est: cuius longitudo longioris diei est. 18. hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 58. partes: descripta super meridiem britannie minoris. Et vmbra estiua. 40. partes ⁊ due tertie ptis vicinius. Et vmbra eq̄litatis. 96. partes vicinius. Et vmbra hiemalis. 119. partes ⁊ quarta partis: fm supradictam quantitatem.

¶ De vigesima sexta.

Linea equidistans vigesimasexta est: in qua longitudo diei longioris est. 18. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 59. partes ⁊ medietas partis: descripta supra britanniam minorem.

Nos autē non posuimus hic superfluum horarum cum augmento quarte ⁊ quarte vnius hore: propter coangustationem que est inter lineas: ⁊ propinquitatē aliarum ad alias. Et superfluo enim altitudinis poli supra altitudinem poli non complet pars vna. ¶ Et nō oportet vt fit operatio nostra in his quorum elōgatio ac crescit ad septētrionem sicut est in illis quorum elongatio minoratur. quapropter videtur nobis q̄ labor positionis proportionum vmbrarum ad gnomones suos: quemadmodū fecimus in locis determinatis: superfluus est nobis.

¶ De vigesima septima.

Et vbi est longitudo diei longioris decem ⁊ nouem hore: elōgatio illius linee equidistantis ab equatione diei est. 61. partes. Et ipsa est descripta supra septentrionem britannie minoris.

¶ De vigesima octaua.

Et vbi est longitudo diei longioris. 19. hore ⁊ medietas hore: elongatio illius linee ab eq̄tione diei est. 62. partes: descripta supra insulas hibernie.

¶ De vigesima nona.

Et vbi est longitudo diei longioris. 20. hore: lōgitudo illius linee equidistātis ab eq̄tione diei est. 63. partes. ⁊ est descripta supra insulā tyle.

¶ De trigesima.

Et vbi est longitudo diei longioris. 21. hore: elongatio illius linee equidistantis ab equatione diei est sexaginta quattuor partes ⁊ medietas partis. ⁊ est descripta supra sacbaliba.

¶ De trigesima prima.

Et vbi est longitudo diei longioris. 22. hore: elongatio illius linee equidistantis ab equatione diei est. 65. partes ⁊ medietas partis.

¶ De trigesima secunda.

Et vbi est longitudo diei longioris. 23. hore: elongatio illius linee equidistantis ab equatione diei est. 66. partes.

¶ De trigesima tertia.

Et vbi est longitudo diei longioris. 24. hore: elongatio illius linee equidistantis ab equatione diei est. 66. partes ⁊ sexta partis fere. ⁊ ipsa est p̄ma linearū in quibus revoluuntur vmbre circa gnomones. ⁊ sol tunc cum fuerit in puncto tropici estiualis nō: non occidet vnq̄. ⁊ declinabit vmbra gnomonū ad omnes partes horizontis. Et erit linea equidistans equationi diei descripta supra punctum tropici estiualis semper apparens. ⁊ linea equidistans etiam equationi diei descripta supra punctum tropici hiemalis semper occulta. eo q̄ ipse vtreq; semper contingunt horizonta fm coalternationem. Et erit orbis signorū ipse horizon: cum ab eo orietur punctum equalitatis vernale.

Quod si quis voluerit perscrutari scientiam eorū: quorum elongationes augmentātur ad septētrionem et declinatione: ⁊ sūmam eorum que accidunt in eis: inueniet vbi est altitudo poli septētrionalis. 67. partes. 15. fere partes orbis signorū

a duabus partibus puncti tropici estiui nõ occidere vnq̃. quapropter erit longitudo diei lõgioris: ⁊ reuolutio vmbre gnomonũ ad oẽs partes horizõtis fere mẽsis vnius.

BEne aũt erit cũ scietur illud ex tabulis declinationis. partes nãq; quas tu reperies in tabulis: sunt longitudo linee equidistantis equationi diei ab ea: quas ipsa secat ex orbe signorum ab vtrisq; partibus pũcti cuiusq; duorum tropicorum. sicuti si diceremus. 15. partes cuiuscũq; partis: erit illa linea ibi cum partibus quas ipsa secat: aut semper apparentes: aut semper occulte. Et quãtum minuantur he partes que sunt in tabula: que sunt longitudo linee equidistantis: ex quarta: que est. 90. tãtũ est altitudo poli septẽtrionalis.

¶ Si vo altitudo poli est. 69. partes ⁊ medietas partis: ibi nunq̃ occidet sol cũ fuerit eius elongatio a puncto tropici estiualis ad vtrasq; partes. 30. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris fere duorum mensium. ⁊ reuoluetur vmbra gnomonum in circuitu eorum ad omnes partes horizontis.

¶ Et vbi est altitudo poli. 73. partes ⁊ tertia partis: nõ occultabitur sol cum fuerit eius elongatio a puncto tropici estiualis ad vtrasq; partes. 45. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris: ⁊ reuolutio vmbre gnomonum ad oẽs ptes horizõtis triũ mẽsiũ.

¶ Et vbi est altitudo poli. 78. partes ⁊ tertia partis: ibi non occultabitur sol cum fuerit eius longitudo a puncto tropici estiui ad ambas partes. 60. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris: ⁊ reuolutio vmbre gnomonum quattuor mensium.

¶ Et vbi est altitudo poli. 84. partes: ibi non occultabitur sol: cum fuerit eius longitudo a puncto tropici estiui ad vtrasq; partes. 75. partes. Et erit longitudo diei longioris: ⁊ reuolutio vmbre gnomonum quinq; mensium.

¶ Et vbi est altitudo poli ab horizonte complemẽtum quarte. s. 90. partes: ibi tota medietas orbis signorum septẽtrionalis nõ occultabitur vnq̃ sub terra. Neq; tota medietas orbis signorum meridiana apparebit vnq̃ super terram. Quapropter erit annus totus diei vnus. Cuius medietas erit dies: ⁊ medietas nox. quorum cuiusq; longitudo erit sex mensium. Et vmbra gnomonum volutetur semper circa eos ad omnes partes horizontis. Et ꝓprietatibus vo huius declinatiõis est: vt sit polus septẽtrionis supra sũmitatẽ captũ. ⁊ sit orbis equationis diei in loco semper apparentis: ⁊ in termino semper occulti. ⁊ fit etiam in loco horizontis. ⁊ fiat medietas orbis signorum septẽtrionalis semper apparens supra terram: ⁊ medietas meridiana occulta sub terra semper.

¶ Capitulum septimum De scientia partium orbis equationis diei: que eleuantur cũ partibus orbis signorum: in sphera declini.

Ostq̃ retulimus omnes proprietates linearum equidistantium: que sunt in circulis declinibus. ⁊ summã eorum que euenient in eis ⁊ apparent: Demonstrabimus qualiter sciãtur numeri temporum equationis diei: que eleuantur cum eleuationibus arcuum orbis signorum per quorum scientiam sciemus diuisiões eorũ que sũt preter hec. ⁊ partes. Et nominabimus partes orbis signorum declinis. 12. ⁊ ponemus earum principia a duobus punctis tropicis: ⁊ duobus pũctis equalitatis. Et nominabimus primam duodecimã: que est a pũcto equalitatis vernalis ad ea que sequuntur ⁊ eleuantur motu totius Arietem. ⁊ secundã Taurum. ⁊ que sunt post illas fm ordines suos: quibus nominauerũt eas antiqui. ¶ Et ostendem⁹ prius: q̃ arcus orbis signorum equalis elongationis a quolibet duorum punctorũ equalitatis eleuantur semper cum arcubus equalibus orbis equationis diei. Quapropter describam circulum meridiei: supra quem sint. a. b. g. d. ⁊ medietatẽ circuli horizontis: supra quam sint. b. e. d. ⁊ medietatem circuli equationis diei: supra quam sint. a. e. g. ⁊ duas portiones orbis signorum: supra quas sint. r. b. ⁊. t. k. ⁊ sit vnumquodq; duoꝝ punctorum. r. ⁊. t. equalitatis vernalis. et duo arcus equales eleuati a duabus partibus: supra quos sint. r. b. ⁊. t. k. transeant super duo puncta. k. ⁊. b. Dico ergo q̃ vnusquisq; eorum eleuatur cum duobus arcubus equalibus orbis equationis diei: supra quos sunt. r. e. ⁊. t. e. Sint itaq; loca duorum polorum eq̃tionis diei due note. l. ⁊. m. ⁊ describã portiones orbiũ magnoꝝ: supra quas sint. m. r. ⁊. l. t. ⁊ m. e. l. ⁊. k. l. ⁊. m. b. Et quia. r. b. equal. t. k. ergo due linee eq̃distantes descripte supra. k. ⁊. b. sunt equalis longitudinis ab equatione diei a duab⁹ partibus. ⁊ erit. l. k. equalis. m. b. ⁊. e. k. equalis. e. b. ⁊ erunt latera trianguli. l. k. t. equalia lateribus trianguli. m. b. r. ⁊ latera triãguli. l. e. k. equalia lateribus trianguli. m. e. b. Angulus vo. k. l. e. equatur angulo. b. m. e. ⁊ tot⁹ angulus. k. l. t. equatur toti angulo. b. m. r. Quapropter est angulus. e. l. t. reliquus: cõlis angulo. e. m. r. reliquo. ergo basis. e. t. equal basi. e. r. Et illud volum⁹ oẽnõstrare.



Ostẽdemus etiam q̃ duo arcus orbis equationis diei: qui eleuantur cum duobus arcubus orbis signorum equalibus: ⁊ equalis longitudinis a quolibet punctorũ duorum tropicorum: erunt equalium eleuationũ eleuationibus in orbe re-

cto:cum his duobus arcubus coniunctis. ¶ Describam ergo propter hoc circulum meridiei: supra quem sint.a.b.g.d.ꝛ medietatem circuli horizontis: supra quam sint.b.e.d.ꝛ medietatē circuli equationis diei: supra quā sint.a.e.g.ꝛ describam duos arcus orbis signorū equales:ꝛ equalium elongationum a puncto tropici hiemalis: qui sint.r.b.ꝛ.t.b.sitq3.r.puncti autūnale.ꝛ.t.punctum vernale.ꝛ sit punctum.b.cōmune eleuationibus eorum ꝛ horizōti: ppter hoc q̄ duos arcus.r.b.ꝛ.t.b.continet vnus orbis equidistās equationi diei. Et manifestum est:q̄ t.e.eleuatur cum.t.b.ꝛ.e.r.eleuatur cum.r.b.ꝛ ex hoc manifestū est:q̄.t.e.r.totus equatur eleuationi.r.b.ꝛ.t.b.in orbe recto. Si enim posuerimus: vt nota.k.sit polus meridianus:ꝛ descripserimus supra.k.b.quartā orbis magni equalē in potentia quarte horizontis in orbe recto: supra quam sint k.b.l.ꝛ erit arcus.t.l.ipse qui eleuatur cum arcu.t.b.in orbe recto.ꝛ erit.l.r.ipse qui eleuatur cū.r.b.quapropter erunt duo arcus.t.l.ꝛ.l.r.equalū eleuationū cū duobus arcubus.t.e.ꝛ.e.r.quos vnus arcus coniungit: qui est.r.l.e.t. Et illud est q̄ oportuit nos declarare.



tur: et quāuis error sit parum aut equalitati vicinus fm sensum in eis que videntur in tē-
pore longo & tempore breui: tamen cum diuidetur per annos paucos: error anni erit maior:
& qō etiam aggregabitur ex eo in longitudine annorum plurium accrescet. Et cū diuidetur
per annos plures: erit error minor. Quapropter videmus conueniens esse vt sufficiat fm q̄
possibile est nobis addere longitudinem temporis qō est inter cōsiderationes nostras & cō
siderationes antiquorum subtilium in reuolutionibus propinqui temporis. Et fm huius si
militudinem laborabimus addere in hac scientia. & non relinquemus ex eis que conueni-
unt de inquisitionibus scienē. Inquisitio vo temporis totius: aut eius cuius tempus elōga-
tum est a longitudine temporū considerationū per tēpus longū duplū dicimus q̄ nō est ex
amore scie: neq; ex amore veritatis. Totū vo quod tēpus antiquatum est ex consideratio-
nibus: quas comparauimus nostris cōsiderationibus: & quibus experiemur: & cum nostris
oportet vt iam accipiamus considerationes quas consideravit midan & attamina tropicis
estualibus: & post eos aristocos. Sed propter summam eorum que sciuimus de difficulta
te considerationum tropicorum: & cum difficultate earum: quoniam ipsi posuerunt ipsas ag
gregatas & ignotas: quemadmodū illud iam declaratum fuit ab abzachi: abhorremus
fidere in eis. Et vidimus vt acciperemus cōsiderationes que fuerunt in equalitate diei: & ex
eis acciperemus. quoniam voluimus subtiles considerationes abzachis: quoniam ipse acce
pit eas q̄ subtilius: & considerationes nostras quas inuenimus absq; hesitatione cum in
strumento: qō ad hoc & eius simile in principio libri huius nostri Almagesti declarauimus.

Quapropter inuenimus principium motus solis a punctis differentiarum temporum ei⁹ ⁊ reuersionum eius ad ea in fere trecẽtis annis antecedere per diem vnum fm augmentum quarte diei integre in omni anno supra. 365. dies. Abzachis nãq; iam vehementer consideranit equalitatem autũnalẽ: quã subtilissime consideranit in anno. 32. reuolutionis tertie annorum felis. ⁊ dixit q⁹ fuit in die tertio quinq; dierum adiũctorum in media nocte: cuius mane fuit quarta dies. Fuitq; annus ille post mortem Alexandri annus. 178. Deinde post 285. annos ab anno tertio annorum attamenis: quod quidem fuit post mortem Alexandri in. 463. anno consideranimus nos ẽt equalitatẽ autũnalẽ: fm q⁹ subtilius possibile fuit: ⁊ fuit illud in die nono mensis atbus post ortum solis fere per vnam horam. Fuit ergo totum qõ aggregatũ est ex quartis dierum. 285. annorum egyptiacorum. 70. dies ⁊ quarta diei ⁊ vna. 20. partium diei loco dierum qui aggregantur ex quartis perfectis adiunctis supra. 365. dies: quos oportuit esse. 71. dies ⁊ quartam diei horum annorum. Iam ergo antecessit reuersio solis ea que aggregantur ex superfluitatibus quartarum si essent integre p diem vnum absq; vna. 20. partium diei vnius. Similiter quoq; dixit Abzachis in consideratione vernali: que fuit in anno. 32. reuolutionis tertie annorum felis subtili acceptiõe qõ fuit in. 27. die mensis mesir in principio diei. ⁊ fuit annus. 178. post mortẽ Alexãdri. Nos quoq; iam inuenimus equalitatem vernalem in anno. 473. post mortem Alexandri in die septimo mensis mathur. Deinde post. 285. annos: qõ fuit post mortem Alexandri in. 463. anno consideranimus equalitatẽ vernalem in die septimo mensis mathur post medietatẽ diei fere per horã: ⁊ inuenimus que contingũt istis reuolutionibus ex superfluitatibus dierum aggregatorum ex quartis in istis ãnis. 70. dies ⁊ quartam diei: excepta fere vna. 20. partium loco. 71. dierum ⁊ quarte diei: qui sunt augmentum quarte integre cuiusq; horũ annorum. Iam ergo hic etiam antecessit reuersio solis vernalis superfluitatem quarte integre p diẽ vnã excepta vna. 20. partiũ. ꝓportio igitur. 300. annor: ad. 285. annos est sicut proportio diei vnius ad diem cui deest vna. 20. partium diei vnius. Fit ergo vt antecedat reuersio solis ad punctum equalitatis dies qui aggregantur ex quartis integris per diem in trecentis annis. Q⁹ si nos propter multam antecessionem annorum cõparauerimus consideraciones nostras in quibus non dubitamus ad consideraciones midan ⁊ attamin: que fuerunt a tropico estiuali: similiter reperiemus eas. Illa enim consideratio fuit in tempore Assuris regis ciuitatis sapientiũ: ⁊ in vigesimoprimo die mensis pbemenut: qui est vn⁹ mensium egyptiorum: in principio diei. Et nos inuenimus fm veritatem cõsiderationis cũ subtilitate que fuit in anno. 463. post mortem Alexandri in. 11. die mẽsis memire post mediam noctem: cuius mane fuit dies duodecimus fere post duas horas. ⁊ erat qõ fuit iter cõsiderationem tropici estiualis: que fuit in tempore assuris: ⁊ cõsiderationem que fuit in tempore artaxõchis in anno. 50. reuolutionis prime accommodate feli. quemadmodum dixit Abzachis. 152. anni. Et qõ fuit inter annum. 50. hunc: qui fuit in anno. 44. a morte Alexãdri: ⁊ inter annum. 463. in quo fuit consideratio nostra est. 419. anni. Si ergo in his. 571. annis fuit ꝓsideratio estiualis: quã consideranit attamin in vigesimoprimo die mensis pbemenut: fiet aggregatum ex augmento dierum super annos egyptiacos fere. 140. dies ⁊ medietas ⁊ tertia diei loco. 142. dierum ⁊ medietatis ⁊ quarte diei qui fierent in. 571. annis: si quarte fuissent integre superfluentes super annos egyptiacos. Iam ergo antecessit hec reuersio in his annis dies superfluentium quartarum si fuissent integre per duos dies excepta medietate sexte partis diei. Iam ergo declaratum est: q⁹ ipsa precessit in. 600. annis fere per duos dies integros in hac postrema cõsideratione. Et similiter inuenimus nos in consideracionibus multis aliis postremis. Et similiter vidimus abzachim cõcessisse hoc. Ipse enim dicit in libro suo de quantitate longitudinis anni: q⁹ comparauit consideratione tropici estiualis: que fuit in postremo anni quinquagesimi reuolutionis felis prime ad eam quã etiã cõsideranit vere ⁊ subtilr: que fuit in postremo ãni. 43. reuolutiõis felis tertie: vbi dixit q⁹ ostendit q⁹ in. 145. annis festinat tropicus ante superfluitatem quarte per medietatẽ diei ⁊ noctis. Ipse quoq; in libro suo de mensibus ⁊ diebus (postq̃ premisit sermonem) dixit: Scõm vo q⁹ diceruit midan ⁊ attamin est lõgitudo temporis anni. 365. dies ⁊ q̃rta ⁊ vna pars. 76. partium ⁊ medietas diei vnius. sed fm q⁹ dixit felis est. 365. dies ⁊ quarta trũ. Post hoc quoq; dixit: quemadmodum narrabo verbum ex verbo. Nos autem iam inuenimus menses integros contineri a. 19. annis: quemadmodũ inuenerunt illi. Longitudinem vo anni inuenimus iam minorem quarta per vnã. 300. partium diei vnius. ⁊ in trecentis annis desunt sermoni midã quinq; dies. ⁊ sermoni felis deest vnus dies. Ubi autẽ aggregãtur eius sententie in libro suo dixit quemadmodum narrabo. Iam scripsi vnum librum de longitudine temporis anni: in quo declarauí q⁹ annus solis est tempus in quo incipit motus solis a tropico ad tropicum sui similem: aut ab equalitate ad equalitatem sui similem q⁹ cõtinet ex diebus. 365. dies ⁊ minus quarta diei fere per vnã. 300. partium diei vnius cum nocte sua. Neq; est sicut estimant disciplinales: vt fit augmentum supra. 365.

dies quarta diei integra. Estimo autem iam declaratum esse: q̃ quãtum appartuit in longitudine temporis anni vsq̃ ad hec nostra tempora ex reuersione solis a punctis tropici ⁊ cõcilitatis: cõueniens est huic quãtitati quã nominauimus: fm q̃ conuenit ex ꝓsiderationibus antiquis ⁊ nouis. Postq̃ ergo est hoc sicut diximus: fiet vt cum diuiserimus diem vnum per. 300. annos: fit portio vnius anni ex eo. 12. secũda vnius diei. Cũ ergo minuerimus ea ex. 365. diebus ⁊. 15. minutis: que sunt quarta diei. remanebit tẽpus anni quẽ scire volumus. 365. dies ⁊. 14. minuta ⁊. 48. secũda. hic est ergo numerus dierũ repertorũ ex eis que diximus: fm q̃ magis est possibile hactenus esse. ¶ Et q: volunt inuestigationem solis ⁊ stellarum aliarum: ⁊ cursus earum in partibus orbis signorum: cuius inuentio est facilis: ⁊ quã demonstrant partes: que sunt in tabulis. tunc iam conuenit erudito in disciplinalibus: vt sit eius intentio et desiderium ostendere omnia que videntur in celo de motibus earum medijs: qui sunt super circulos orbium earum. ⁊ vt faciat tabulas conueniẽtes intentioni sue: diuidendo inter motus earũ medios cursus earum in partibus orbis signorum: ⁊ inter motus qui sunt propter circulos orbium earum: propter quos est diuersitas estimata. De inde etiam tabulas coniunctionis duorum motuum simul significantes visionem cursuũ earum. Et ad hoc vt ea que diximus sint facilioza ⁊ viciniozis acceptionis: cum eorum fuerit necessitas: ponã tabulas motus solis medij in partibus orbis reuolutionis eius fm hũc modum quẽ dicã. ¶ Postq̃ igitur iam ostensum est: q̃ reuersio tẽporis solis est in. 365. diebus ⁊. 14. minutis ⁊. 48. secundis: fit vt cum diuiserimus per illud. 360. sc̃ numerum partium orbis signorum: fit motus solis medius in die vna. 59. minuta: ⁊. 8. secunda: ⁊. 17. tertia: ⁊. 13. quarta: ⁊. 12. quinta: ⁊. 31. sexta fere. Ut autem in diuisiõe hec minuta vsq̃ ad sexta perueniant sufficit. Nos quoq̃ cum iam acceperimus ex motu diei partẽ. 24^{am}. inuenimus motũ solis in vna hora duo minuta: ⁊. 27. secũda: ⁊. 50. tertia: ⁊. 43. quarta: ⁊ tria quinta: ⁊ sextam vnam propinque. Et similiter cum multiplicauerimus motum diei vnius in. 30. dies sc̃ mẽsis vnius: erit motus solis medius in mense. 29. partes: ⁊. 34. minuta: et 8. secũda: ⁊. 36. tertia: ⁊. 36. quarta etiã: ⁊. 15. quinta: ⁊. 30. sexta. Et cũ multiplicauerimus motum diei vnius in numerum dierum anni egyptij sc̃. 365. dies: inuenietur illud motũ solis mediũ in anno. 359. partes: ⁊. 45. minuta: ⁊. 24. secunda: ⁊. 45. tertia: ⁊. 21. quarta: ⁊ 8. quinta: ⁊. 35. sexta. Et etiam cum multiplicauerimus motum solis in anno in. 18. annos: propter hoc quod demonstratur ex bonitate mensurationis tabularum: ⁊ proiecerimus ex eis que aggregantur reuolutiones integras. s. quoq̃ reuolutio. 360. superfluent ex motu solis medio in. 18. annis. 355. partes: ⁊. 37. minuta: ⁊. 25. secunda: ⁊ 36. tertia: ⁊. 20. q̃rta: ⁊. 34. quinta: ⁊. 30. sexta.

¶ Capitulum secundum De positione tabularum motus solis medij.

Escribaz autem motus solis medij

tabulas in tribus partibus quinq̃ temporũ. Et diuidam partem in septem tabulas in longitudine: ⁊. 45. areas in latitudine. Et signabo in tabulis partis prime numerum annorum coniunctorum: ⁊ motum solis in eis. Et in tabulis partis secunde numerum annorum disgregatorum ⁊ motum solis in eis. Et sub eis numerum horarum: ⁊ motum solis in eis. Et in tabulis partis tertie numerũ dierum mensium: ⁊ motũ solis in eis. Et sub eis numerum dierum mensis vnius: ⁊ motum solis in eis. Et hec est tabularum descriptio.

Fuit radix solis in principio regni nabuchodonosor. s. elongatio eius a longitudine longiore in orbe eccentrico: qui est eius orbis propius. 265. gradus ⁊. 15. minuta. Et fuit tunc locus eius in orbe signorum: per motum eius medium in. 45. minutis piscis. Et per motum eius diuersum qui videtur in eo tres gradus ⁊. 8. minuta piscis fere. Et eius elongatio a luna. 70. gradus ⁊ triginta septem minuta.

Fuit primus dies Iumedi primi anni. 359. fm regulam dies veneris. ⁊ primus dies veneris: qui fuit octauus ab eo: fuit annus persarum. 337. ⁊. 12. menses. ⁊ fuit dies sabbati primus quinq̃ dierum adiunctorum.

¶ Radix autem posita in capite harum tabularum est annorũ persarum in media die: qui fuit ante diem primum per diem vnum.

¶ Riguat est locus quadratus in quo conueniunt homines: coopertus quasi turris.

Tabula medij motus Solis.

Anni Juncti	Motus solis medius In annis coniunctis: pteo	m̃	2	3	4ª	5ª	6ª
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	33	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	43	0	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	47	39	5	18	0
810	163	4	13	15	25	52	30

Anni disgregati	Motus solis medius In annis disgregatis: pteo	m̃	2	3	4ª	5ª	6ª
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	356	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

Mēses	Motus solis medius In mensibus: pteo	m̃	2	3	4ª	5ª	6ª
30	29	34	8	36	36	15	30
60	59	8	17	13	12	31	0
90	88	42	25	49	48	46	30
120	118	16	34	26	25	2	0
150	147	50	43	3	1	17	30
180	177	24	51	39	37	33	0
210	206	59	0	16	13	48	30
240	236	33	8	52	50	4	0
270	266	7	17	29	26	19	30
300	295	41	26	6	2	35	0
330	325	15	34	42	38	50	30
360	354	49	43	19	15	6	0

Dies	Motus solis medius In diebus: pteo	m̃	2	3	4ª	5ª	6ª
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	33	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30

Hore	Motus solis medius In horis: pteo	m̃	2	3	4ª	5ª	6ª
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	5
5	0	12	19	13	35	15	6
6	0	14	47	4	18	18	7
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Capitulum Tertium de scientia modorum motus reuolubilis conuenientis.

Alia autem ea que iam narrauimus ꝯsequit: vt demonstremus ea que videnť ⁊ apparent de diuersitate motus solis: Audimus vt premittamus sermonem vniuersalem. Dicam ergo q̃ motus solis et motus stellarum retrogradarum in celo: qui sunt fm continuitatem signorum: ⁊ motus localis totius: qui est econtrario illorum: omnes sunt fm reuolutionē ⁊ equalitatem ⁊ ꝯuenientes fm naturam: sc̃z q̃ linee recte que sunt elongationes stellarum a centris orbium ipsarū quas imaginamur mouere stellas: aut mouere orbes ipsarum in temporibus equalibus: faciunt angulos qui sunt apud centrum cuiuscūq̃ circulorum earum equales: et q̃ diuersitas que apparet in eis non est nisi fm loca ⁊ ordines circulorum: qui sunt in sphera cuiusq̃ earum: supra quos sunt earum motus. Et neq̃ aliquid eorum que imaginamur: sc̃z q̃ fit contrarium permanentie eternitatis motuum earum: sicut diuersitas estimata accidit in eis vere: ⁊ neq̃ accidit nisi fm imaginationē. Causam vo estimatiōis huius diuersita

tio possibile est esse fm duos modos primos absolutos. Q; si motus stellarum qui videtur esset in orbe cuius centrum estimatur esse centrum mundi: qõ est in superficie orbis signorum: ⁊ neq; esset aspectus oculorum nostrorum nisi a centro: non videretur in motu earum diuersitas. Quapropter estimamus q; motus earũ sint fm vnum duorum modorum. Aut supra orbes quorum centra non sunt centrũ mundi: sed sunt egredientia ab ipso: ⁊ sunt motus eax medii. Aut sunt super orbes: quor; centra sunt centrum mundi: sed non sunt supra ipsos fm sermonem absolute: sed sunt supra orbes alios: qui sunt supra hos orbes reuolutes eas qui nominãtur orbes reuoluentes stellas. ¶ Declarabiꝑ nãq; q; possibile est: vt videantur fm vnumquemq; horum duorum modorum in temporibus equalibus trãsire super arcus diuersos orbis signorum: cuius centrum est centrum mundi. Describam autẽ cuiusq; horum duorum modorũ exẽplum: ⁊ primum ponam circulum orbis eccentrici.

Describam itaq; circulum orbis eccentrici: supra quem sint. a.b.g.d. supra quem est motus stelle equalis, cuius centrum sit. e. ⁊ cius diameter. a.e.d. sitq; supra ipsam nota. r. a qua est aspectus oculorum nostrorum. ⁊ ponam vt punctum. g. sit locus longitudinis longioris a terra: ⁊ punctum. d. sit locus longitudinis propinquioris terre. ⁊ secabo ex eo duos arcus equales: arcum. a.b. ⁊ arcum. g.d. ⁊ protraham lineas b.e. ⁊ b.r. ⁊ g.e. ⁊ g.r. Declarabiꝑ ergo nobis: q; cũ mouet stella in tẽporibus equalibus sup arcũ. a.b. ⁊ arcũ. g.d. estimaꝑ q; trãsitus stelle fuit supra duos arcus diuersos orbis reuoluti supra centrũ. r. ideo q; angulus. b.e.a. est equalis angulo. g.e.d. estimamus ergo q; angulus b.r.a. est minor vnoquoq; eor̃: ⁊ q; angulus. g.r.d. est maior vnoquoq; eor̃. ¶ Q; si nos imaginati fuerimus motũ stelle fm modũ orbis reuolutionis. ⁊ descripserimus orbẽ cuius centrũ sit centrũ circuli signor: supra quẽ sint. a.b.g.d. ⁊ cuius cẽtrũ sit. e. ⁊ eius diameter sit a.e.g. ⁊ descripserimus super ipsum orbem reuolutionis: supra quẽ reuoluatur stella: supra quem sint. r.b.t.k. supra centrum. a. et sit reuolutio centri orbis reuolutionis supra orbem cuius centrum est centrum orbis signorum: supra quem sunt. a.b.g.d. similiter declarabitur nobis: q; cum fuerit motus medius orbis reuolutionis supra orbem. a.b.g.d. a puncto. a. verbi gratia ad punctum. b. ⁊ fuerit motus stelle etiam fm hoc exemplum in orbe reuolutionis: tunc cum fuerit stella supra duo puncta. r. ⁊ t. non videbitur diuersitas in puncto. a. quod est centrum orbis reuolutionis. Et cum fuerit alibi inter duo pũcta: non erit ita: sed estimabitur verbi gratia: vt cum videatur supra pũctum. b. sit motus eius maior medio fm arcum. a.b. ⁊ cum fuerit supra pũctum. k. estimabiꝑ q; motus eius sit minor medio fm arcum. a.k. ¶ Scõm modũ vo orbis eccentrici erit minor duorum motuũ semper in longitudine longiore: ⁊ maior eorum erit in lõgitudine propinquiore: eo q; angulus. a.r.b. sit minor angulo. d.r.g. semper. Sed fm modum orbis reuolutionis possibile est: vt sint ambo motus simul in longitudine longiore: verbi gratia: q; centrum orbis reuolutionis non moueatur nisi ab occidente ad orientẽ: qõ est ab. a. ad. b. Cum ergo motus stelle fuerit in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem etiam: qõ est ab. r. ad. b. tũc motus stelle maior erit in lõgitudine longiore: propter hoc q; duo motus simul sunt in parte vnam. Sed cum motus stelle fuerit a longitudine lõgiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: q; est. ab. r. ad. k. tunc econtrario illius erit motus minor in longitudine longiore: qm motus stelle est ptra motũ orbis reuolutionis. ¶ Postq̃ ergo hec ita sunt premittam post hec ⁊ dicam: q; quecũq; stellarum habuerit duas diuersitates: possibile est hos duos modos componi in ea: quemadmodum demonstrabimus illud in libro nostro de ea cum peruenerimus ad locum eius. Sed quecũq; earũ fuerit non habens nisi diuersitatem vnam tũ vnus duorum modorũ sufficiet iam nobis in ea. Omne enim qõ apparet in vnoquoq; duorum modorum reperitur non eis contrarium que sunt in altero: qm proportiones in vtrisq; modis simul sunt vne: sicq; cum fuerit fm modum centri egredientis: proportio spacii qõ est inter duo centra: qõ est spacium aspectus oculorum a centro egrediẽtis ad longitudinem centri egredientis ab orbe suo: equalis proportioni longitudinis centri orbis reuolutionis ab orbe suo ad longitudinem centri orbis supra quẽ reuoluitur orbis reuolutionis ab orbe suo. ⁊ etiam tempus in quo erit motus stelle in orbe eccentrico ab occidente ad orientem orbe eccentrico fixo ⁊ imobili fuerit equale tẽpori in quo erit motus centri orbis reuolutionis in orbe cuius centrũ est aspectus oculor̃ ab occidente ad orientẽ: ⁊ equale etiã tempori in quo erit motus stelle in orbe reuolutionis: sed eius motus localis erit a longitudine lõgiore ab oriente ad occidentẽ. ¶ Et postq̃ hoc ita est: demõstrabo breuiter: et q̃paucissimis verbis: q; totũ qõ apparet: est in vtrisq; modis equale. Deinde post illud ostendam per numeros computationis diuersitatem motus solis. Et dico primum: q; in vnoquoq; duorum modorum erit diuersitas maior que est inter motum equalem ⁊ motum qui apparet diuersus apud transitum stelle mediũ intellectum cum numerabitur eius cursus a principio motus sui a longitudine longiore vsq; quo secet quartam orbis signor: ⁊ q; tempus qõ est a longitudine longiore vsq; ad hunc transitum medium quẽ nomina-



orbis reuolutionis supra ipsum

Compositio motuum solis

Nõ quintus transitus medij indicatur a linea producta perpendiculariter a centro terre ad linea augis

nimus: est longius tempore qõ est a transitu medio vsq; ad lõgitudinem propinquiorem. Quapropter fm modum orbis centri egredientis similiter erit semper. Sed fm modum orbis revolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe revolutionis ab oriente ad occidentem: erit tempus quod est a motu minore ad motũ medium: longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem: eo q; fm vnumquĕq; duorum modor; erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe revolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientẽ: erit motus stelle a longitudine longiore econtrario illius: scz erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem: qm̃ motus maior erit in longitudine longiore.

Describam itaq; stelle primũ orbẽ eccẽtricũ: supra quĕ sint. a. b. g. d. supra centrũ. e. ⁊ diametrum. a. e. g. ⁊ ponã in diametro centrũ orbis signor: qõ est aspectus oculorũ: supra qõ sit nota. r. ⁊ faciã transire per. r. lineam orthogonaliter super diametrum. a. e. g. supra quã sint. b. r. d. sitq; stella super duas notas. b. ⁊. d. ad hoc vt sit spaciũ earum qõ videtur a duobus finibus vsq; ad punctum. a. qõ est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabiĭ enĭ tũc q; diuersitas maior que est inter motum mediũ ⁊ motum diuersum: erit apud duas notas. b. ⁊. d. Protraham ergo duas lineas. e. b. ⁊ e. d. Ex hoc enĭ declarabiĭ q; pportio anguli. e. b. r. ad quattuor angulos rectos: est sicut pportio arcus diuersitatis ad totũ circuli: qm̃ angulus. a. e. b. est sub arcu motus medij. ⁊ angulus. a. r. b. est sub arcu eius qõ apparet ex diuersitate. ⁊ superfluũ qõ est inter eos est ãgulus. e. b. r. Et dico q; nõ erigiĭ alius angulus: qui sit maior vnoquoq; horũ duor; angulor; in circulo. a. b. g. d. super lineã. e. r. Erigant̃ ergo duo anguli apud punctũ. t. ⁊ punctũ. k. qui sint angulus. e. t. r. ⁊ angulus. e. k. r. ⁊ protraham duas lineas. t. d. ⁊ k. d. et q; in omni triangulo linea longior subtendiĭ angulo maiori. ⁊ linea. t. r. est lõgior linea. r. d. erit angulus. t. d. r. maior angulo. d. t. r. sed angulus. e. d. t. est equalis angulo. e. t. d. qm̃ linea. e. d. est equalis linee. e. t. ergo angulus e. d. r. qui est equalis angulo. e. b. r. erit maior angulo. e. t. r. Et quia etiam linea. d. r. est longior linea. k r. erit angulus. r. k. d. maior angulo. r. d. k. Totus autem angulus. e. k. d. est eq̃lis toti angulo. e. d. k. quoniam linea. e. k. etiam est equalis linee. e. d. ergo angulus. e. d. r. residuus qui est equalis angulo. e. b. r. est maior angulo. e. k. r. non est ergo possibile vt erigant̃ anguli alij maiores bis duobus angulis fm modum quem prediximus apud duo puncta b. ⁊. d. Jam vero demonstratum est cum hoc: q; arcus. a. b. qui est tempus qõ est a motu minore ad motum mediũ: est longior arcu. b. g. qui est apud tempus qõ est a motu medio ad motum maiorem: per duos arcus qui videntur ex diuersitate. quoniã angulus. a. e. b. est maior angulo. e. r. b. per angulum. e. b. r. ⁊ angulus. b. e. g. est minor eo per ipsum.



Ad hoc vero vt declaretur etiam fm modum alium: q; ea que accidunt: similiter reperiuntur in eo describã circulum cuius centrũ sit centrũ mũdi: supra quĕ sint. a. b. g supra centrum. d. ⁊ diametrũ. a. d. b. ⁊ revolutionis orbem qui revoluiĭ sup ipsum ⁊ in eius superficie: supra quem sint. e. r. b. supra centrum. a. sitq; stella supra punctum. b. cum videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli. Protrahã aũt duas lineas. a. b. ⁊. d. b. g. Dico ergo: q; d. b. g. tingit orbẽ revolutiõis in pũcto. b. ⁊ q; apud illum erit diuersitas maior que est inter motũ medium ⁊ diuersum. Et q; motus medius qui est a longitudine longiore: continetur ab angulo. e. a. b. propter hoc q; motus stelle in orbe revolutionis: ⁊ motus centri orbis revolutionis in orbe. a. b. g. sunt equalis velocitatis. sed diuersitas que est inter motum medium ⁊ motũ qui videtur: continetur ab angulo. a. d. b. ergo manifestum est: q; superfluum quod est inter duos angulos. e. a. b. ⁊. a. d. b. qui est angulus. a. b. d. continet spacium qõ videtur inter stellam ⁊ longitudinem longiorẽ. Et q; hoc spacium est quarta circuli: erit angulus. a. b. d. rect⁹. Quapropter erit linea. d. b. g. contingens orbem revolutionis: supra quem sunt. e. r. b. Arcus ergo. a. g. est diuersitas maior: que est inter motum medium ⁊ motum diuersum. Quapropter arcus. e. b. qui est tempus qõ est a motu minore ad motũ medium: fm q; declaratũ est hic ex motu locali stelle in orbe revolutionis: erit maior. b. r. qui est tempus qõ est a medio motu ad maiorem per duplũ arcus. a. g. Si enim protraxerimus lineam. d. b. t. ⁊ linea uerimus. a. k. t. orthogonaliter super lineam. e. r. erit angulus. k. a. b. equalis angulo. a. d. g. ⁊ arcus. k. b. similis arcui. a. g. ⁊ cũ hoc arcu erit arcus. e. k. b. maior quarta vna. ⁊ arcus. r. b. minor quarta vna cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare.



Demonstrabimus autem per illud qõ narrabimus cuiq; volenti comprehendere scientiam: q; totum qõ est in motuũ speciebus: scz motuũ mediorũ et motuũ qui videntur: ⁊ qõ est inter eos ex superfluo (qõ est diuersitas) in temporibus equalibus est equale semper fm vnumquĕq; duorum modorũ. Et describam ad hoc circulum: cuius centrũ sit centrum orbis signorum: supra quĕ sint. a. b. g. supra centrum. d. et circulũ alium ei equalem: cuius centrum egrediatur a centro eius: supra quĕ sint. e. r. b. super centrum. t. super diametrum vnam ambobus cõmunĕ. quã faciam transire supra duo cen-

tra vsq; ad punctũ.e.qõ est longitudo longior: supra quã sint.e.a.r.d.r vtuidam ex circulo a.b.g.arcum fm quã quantitatẽ voluerimus: supra quẽ sint.a.b. Et describã orbem revolutionis: supra centrũ.b.r fm lõgitudinem.d.r.supra quẽ sint.k.r.r protraham lineam.d.b.k. Dico ergo q; stella in vnoquoq; duorũ motuũ in vno tẽpore vadit ad locũ sectionis orbis ecentrici r orbis revolutionis sine dubio: qui est pũctũ.r.r erũt arcus tres similes: arcus scz e.r.orbis ecentrici: r arcus.a.b.orbis signorũ: r arcus.k.r.orbis revolutionis.r diuersitas q̃ est inter motũ mediũ r inter diuersum r motũ stelle qui videtur cum hoc toto est fm duos modos cũ re vna r similitudine vna equaliter. Protrahã ergo lineas.r.r.r.b.r.r.d.r.fit igitur figura quadrilatera: supra quã sunt.b.d.r.r.r fiũt omnia duo latera eius opposita equalia: scz.r.r.equale.b.d.r.b.r.equale.d.r.erit ergo quadrilaterũ equidistãtiũ laterum: scz.b.d. equidistat.r.r.r.b.r.equidistat.d.r.erũt ergo tres anguli equales: scz angulus.e.r.r.r angulus.a.d.b.r angulus.r.b.k.Et q; ipsi sunt apud centrum.tũc arcus qui subtendũtur eis sunt similes: scz arcus.e.r.circuli ecentrici: r arcus.a.b.circuli orbis signorum: r arcus.k.r.orbis revolutionis.Scõm ergo ambos motus in tempore vno vadit stella ad punctum.r.r ad arcum orbis signor: quẽ iam videtur stella secuisse a longitudine longiore. ¶ Hoc vo sequit Vt sit quantitas diuersitatis etiam in vnoquoq; duorum modorum vna. Nos enim iã demonstrauimus: q; hec diuersitas fm modũ orbis ecentrici continetur ab angulo.d.r.r.r fm modũ orbis revolutionis continetur ab angulo.b.d r. Vi autem duo anguli sunt equales coalterni: propter hoc q; iam ostendimus: q; r.r.equidistat.b.d. Et manifestum est q; illud in omnibus longitudinibus erit similiter. Quadrilaterũ nãq; supra qõ sunt.b.d.r.r.est semper equidistantium laterum.r motus stelle localis in orbe revolutionis est qui signat orbẽ ecentricum cum fuerint proportiones in vnoquoq; duorum modorum similes et equales.



Demonstrabo aũt q; quãtitates arcuum similiũ: etsi sint diuersarum quantitatũ: tñ qõ videtur ex eis que accidunt in eis equale est ei quod videtur in illis que sunt equalium quantitatũ. ¶ Et ad hmõi exẽplum circũducã circulum: cuius centrũ sit centrũ mundi: supra quem sint.a.b.g.supra centrũ.d.sitq; diameter eius supra quã currit stella in longiore r propinquiore longitudine: supra quã sint.a.d.g.r circulus revolutionis revolutus supra centrum: scz punctũ.b.cuius remotio a longitudine longiore est arcus.a.b.fm quam quantitatẽ voluerimus: supra quẽ sint.e.r. Moueatur vo stella in orbe revolutionis fm quãtitatẽ arcus.e.r.qui monstrat esse similis arcui.a.b.,ppter hoc q; reuersiones orbium sunt in temporibus equalibus. Protraham autem lineas.d.b.e.r.b.r.r.d.r. r propter hoc declarabitur q; duo anguli.a.d.e.r.r.b.e.sunt equales semper.r q; stella fm hunc modum videtur supra lineam.d.r.



Dico q; cũ fm modũ orbis centri egredientis sit ecentricus maior orbe.a.b.g. cuius centrum est centrum mundi: aut sit minor eo: cũ fuerint proportiones similes tñ: r reuersiones in tẽporibus equalibus: super lineã.d.r.etiã videbitur stella. ¶ Describam aũt orbem ecentricũ: quem ponam maiorem sicut diximus: supra quem sint.b.t.r sit eius centrum.k.supra diametrum.a.g.Et ponam ipsum etiam minorem: supra quem sint.l.i.supra centrum.n.r producam duas lineas.d.i.r.r.d.a.l.fm rectitudinem vsq; ad.t.r ad.b.r protraham lineas duas.t.k.r.i.n.r sit proportio.d.b.ad.b.r.sicut proportio.t.k.ad.k.d.r sicut proportio.i.n.ad.n.d.sed angulus.b.r.d.est equalis angulo.i.d.b.qm.d.b. r b.r.sunt equidistantes. Quapropter erũt anguli quibus latera proportionalia subtendũtur quisq; minor: recto: qm sunt anguli diuersitatis r equales.f.angulus. b.d.r.r angulus.d.t.k. r angulus.d.i.n. Linee ergo.b.d.r.t.k. r.i.n.sunt equidistantes. quapropter erũt anguli.a.d.b.r.a.k.t.r.a.n.i.equales. Et q; omnes sunt super centra orbium: erũt arcus qui subtendũtur eis similes: scz arcus.a.b. r arcus.b.t. r arcus.l.i. non ergo in tẽpore vno secat orbis revolutionis tñ arcũ.a.b.Stella aũt secat arcum.e.r.sed stella etiã secat ex orbe ecentrico arcum.b.t. r arcum.l.i. quapropter videbitur semper super lineam d.i.r.r.sed in orbe revolutionis cũ fuerit supra punctũ.r.r in orbe ecentrico maiore cũ fuerit supra punctum.t.r in orbe ecentrico minore cũ fuerit supra punctũ.i.Et similiter videbit in locis omnibus fm omnium situs.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.



Accidit aũt in hoc: vt cũ stella fuerit visa secuisse duos arcus equalis lõgitudinis a longitudine longiore r a lõgitudine ,ppinquiore: tũc diuersitas sit in vnoquoq; ipsor duor locor vna. Si enim lineauerimus circulũ fm modũ orbis ecentrici sup centrũ.e.super quẽ sint.a.b.g.d.r diameter eius sit.a.e.g.et posuerimus aspectum oculor super diametrũ a pũcto.r.transeũtẽ super ipsum vsq; ad punctũ.a.qõ est lõgior longitudo: r protraxerimus supra pũctũ.r.lineã sicut voluerimus: supra quã sint.b.r.d.r protraxerimus duas lineas.e.b.r.e.d.tunc duo arcus supra quos visa est stella pertransisse: erunt oppositi r equales. Per quod.f.intelligi volumus: q; anguli.a.r.b.qui est longitudinis longioris.r anguli.g.r.d.qui est lõgitudinis ,ppinquioris: erit diuersitas vna: qm.b.e.est cõlis e.d.r angulus.e.b.r.est equalis angulo.e.d.r. Diuersitas ergo que est quãtitatis arcus qui

videtur: est vna. s. arcus qui subtenditur vnicuiq; duorum angulor. a.r.b. & g.r.d. Scōm quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle a pūcto. a. qō est longitudo lōgior: maior motu medio. & fm quantitatē illius arcus etiam erit arcus motus stelle qui est a puncto g. qō est longitudo ppinquior minor. ppter hoc: q̄ angulus. a.e.b. est maior angulo. a.r.b. & angulus. g.e.d. est minor angulo. g.r.d. equaliter. Et illud est qō oportuit nos demōstrare.

Quod si lineauerimus circulū fm modum orbis reuolutionis: cuius centrū sit centrū mūdi: supra quē sint. a.b.g. super centrum. d. sitq; diameter eius. a.d.g. & supra orbem reuolutionis sint. e.r.b. & sit super centrū. a. & protraxerimus a puncto. d. lineam rectam: supra quā sint. d.b.r. quocūq; modo voluerimus. & protraxerimus lineas duas. a.r. & a.b. fiet vt arcus. a.b. sit etiam arcus diuersitatis: siue fuerit stella supra pūctū. r. siue supra pūctū. b. & videatur eius longitudo a longitudine propinquiore: cū fuerit supra punctum. b. vna. Qm arcus qui videtur a longitudine longiore subtenditur angulo. d.r.a. Jam enī ostensum est q̄ ipse est diuersitas: que est inter motū mediū & motū visionis. & arcus visionis qui subtenditur angulo. r.b.a. ipse est etiā equalis motui medio qui est a longitudine propinquiore & diuersitati visionis: sed angulus. d.r.a. est equalis angulo. r.b.a. qm linea. a.r. est equalis linee. a.b. Ex his igitur colligitur etiam: vt fm diuersitatem vnā: que est angulus. a.d.b. sit motus medius: qui est apud longitudinem longiorem: maior eo qui videt. Per qō. s. intelligi volumus: q̄ angulus. e.a.r. est maior angulo. a.r.d. & motus medius q̄ est apud longitudinē propinquiore sit minor eo qui videtur: qui est ipse idē. p qō. s. intelligi volum⁹: q̄ angulus. b.a.d. est minor angulo. a.b.r. Et illō ē qō oportuit nos demōstrare.





¶ Capitulū quartū De sciētia eor q̄ apparet ex diuersitate motus solis i aspectu & visione.

Et postq̄ premisimus ea que pmittentia sunt de ea: pmittemus nūc sermonem de eis que videntur de diuersitate motus solis: propter hoc q̄ ipsa est vna. Et ponam tempus qō est a motu minore vsq; ad motum medium: longius tempore quod est a motu medio vsq; ad motum maiorem. Nos náq; iam inuenimus illud conueniens et quod videtur & apparet. Jam ergo possibile est: vt fit hoc fm vnūquēq; horum duorum modor. Sed cum ipsum fuerit acceptum fm modū orbis reuolutionis: nō erit nisi cū fuerit motus localis solis in arcu longitudinis longioris ab oriente ad occidentē. Et conuenientior duor modorū quo inuestigatur scientia diuersitatis motus solis: est modus orbis ecētrici: eo q̄ ipse est manifestior & velocior & facilior: & q̄ ipse est ex vno motu: & non est ex duobus. Et postq̄ oportet vt premittamus in hoc inquisitionē inuentionis pportionis orbis ecentrici solaris. per qō intelligi volumus pportionē linee que est inter duo centra. s. centrū orbis ecentrici: & centrū aspectus oculorū: qō est centrū orbis signorum ad lineam que egreditur a centro orbis ecentrici vsq; ad orbem ipsi⁹. & etiā supra quā partem orbis signor cadat pūctū longitudinis longioris orbis ecentrici: tunc declarabimus illud. Jā enī manifestū fuit p̄ Abrachis vehemēti studio. Et posuit tēpus qō est ab eqlitate vernali vsq; ad tropicū estiualem nonagintaqttuor dies & medietatem diei. Et tempus qō est a tropico estiuali vsq; ad eqlitatem autūnalē nonagintaduos dies & medietatem diei. Per ea ergo que declarauit nobis ex hoc trū demonstrabitur quātitas longitudinis: que est inter duo centra: quā diximus esse vnā vigintiquattuor partium linee que progreditur a centro egrediente vsq; ad orbē suum. Et eius longitudo longior precedit tropicū estiuū vigintiquattuor partibus & medietate partis: fm quantitatem qua est orbis signorū. 360 partes. Nos quoq; similiter inuenimus duo tempora harū duarum quartarū & has proportiones. & ex hoc declarabit nobis: q̄ orbis ecentricus fixus est in loco suo semper a duobus punctis equalitatis & conuersionis. Et vt non pretermittamus dicere hūc locum: sed eius demonstremus scientiam nostra computatione: ponemus eius declarationē per orbē ecētricū. & assumemus in declaratione illius has causas apparentes & manifestas: que sunt sicut premisimus: q̄ tempus qō est ab equalitate vernali vsq; ad tropicum estiualem est. 94. dies & medietas diei. & tēpus qō est a tropico estiuali vsq; ad equalitatem autumnalem est. 92. dies & medietas diei. ¶ Nos quoq; similiter reperimus numerū dierū horū duorum spacior certificatione nostrarum considerationū de temporibus equalitatis & conuersionis estiue: quas consideraūimus in anno 463. post mortem Alexandri conuenientem. Quoniam (sicut diximus) fuit equalitas autumnalis in nono die mensis athus post ortum solis. Et equalitas vernalis fuit septimo die mensis mathur: post medium diē. Aggregantur ergo inter duas considerationes ex numero dierum. 178. dies & quarta diei. Et fuit conuersio estiua vndecimo die mensis mesur post mediam noctem: cuius mane fuit duodecimus dies mēsis mesur. Aggregatio igit̄ numeri dierū: qui fuerūt ab equalitate vernali vsq; ad uersionē estiuā fuit. 94. dies & medietas diei. & remāserūt ex numero dierum

Con. q̄ ptolomeus negat o esse immobilem. et ostendit sua tpe et ere antiquissime in ecclēs geminand.

ostendit ptlm sua observatione ḡtpe fuisse.

q̃ sunt a tropico estiuali vsq; ad eq̃litatē autūnalē q̃ est post ipsum. 92. dies ⁊ medietas diei.

Ascribam autem circulum orbis signorū: supra quē sint. a.b.g.d. supra centrum. e. ⁊ describam duas eius diametros sese orthogonaliter secātes: ⁊ euntes supra duo pūcta conuersionū ⁊ duarū equalitatū: supra quas sint. a.b.g.d. sitq; punctum. a. equalitas vernalis. ⁊ punctū. b. conuersio estiualis. ⁊ que sunt post hec apposita sint sm q̃ oportet. Manifestum est igitur: q̃ centrū orbis egrediētis centri cadit inter duas lineas. e.a. ⁊. e.b eo q̃ medietas circuli: supra quam sunt. a.b.g. est longius tempus medietate anni. quapropter secat ⁊ comprehendit arcum orbis centri egredientis maiorem medietate circuli. Et quarta: supra quā sunt. a.b. longius tempus est quarta. b.g. ⁊ secat ex orbe egredientis centri ⁊ comprehendit arcū maiorē eo quē cōprehendit. b.g. Et qm̃ quidē hoc ita est. ponam punctū. r. centrū orbis egredientis centri. ⁊ protraham semidiametrum super duo centra: ⁊ supra longitudinem longiorem: supra quā sint. e.r.b. ⁊ describā circulū orbis egredientis centri (qui est solis) super centrū. r. ⁊ sm longitudinem quā voluerimus: supra quē sint. t.k.l.m. ⁊ faciam transire duas lineas supra centrū. r. equidistantes duabus lineis. a.g. ⁊ b.d supra quarū vnam sint. n.s.q. equidistantem. a.g. ⁊ supra alteram. f.c.r. equidistantem b.d. a puncto quoq; t. ad lineam. n.s.q protraham perpendicularē: supra quā sint. t.o.p. ⁊ a puncto. k. ad lineam. f.c.r. perpendicularem: supra quā sint. k.v.x. Et q̃ sol trāseundo super orbem t.k.l.m. per motū suū mediū secat arcū. t.k. in. 94. diebus ⁊ medietate diei. ⁊ est motus eius medius in. 94. diebus ⁊ medietate diei. 93. partes ⁊ fere. 9. minuta: sm quantitatē q̃ circulus est. 360. partes. et in. 92. diebus et medietate diei. 91. partes ⁊. 11. minuta. erit ergo portio. t.k.l. 184. partes ⁊ 20. minuta. ⁊ erūt duo arcus. t.n. ⁊. l.q. qui sunt residui post medietatem circuli: q̃t tuor partes ⁊. 20. minuta. vnusquisq; ergo eorum erit due partes ⁊ decē minuta. Duplū autem arcus. t.n. est. t.p. ergo est quattuor partes ⁊. 20. minuta. ⁊ erit eius chorda q̃ttuor partes ⁊. 32. minuta fere sm quantitatem qua erit diameter orbis centri egredientis. 120. partes. Et eius medietas: que est. t.o. ⁊ est equalis. e.o. erit due partes ⁊. 16. minuta. Et etiam q̃ tota portio. t.n.f.k. est. 93. partes ⁊. 9. minuta. ⁊. t.n. due partes ⁊ decē minuta: ⁊ quarta supra quā sunt. n.f. 90. partes. remanet arcus. f.k. cifre ⁊. 59. minuta. ⁊ duplum eius: quod est k.f.x. pars vna ⁊. 58. minuta. Et eius chorda que est. k.v.x. erit due partes ⁊ quattuor minuta sm quantitatem qua diameter orbis egredientis centri est. 120. partes. ⁊ eius medietas que est. k.v. ⁊ est equal. r.o. est pars vna ⁊ duo minuta. Iā ꝯ ostensum fuit: q̃ linea. e.o. est due partes ⁊. 16. minuta. Et q̃ cū cōiunxerimus q̃ aggregatur ex multiplicatione cuiusq; earū in se: erit equale multiplicationi. e.r. in se. ergo erit longitudo linee. e.r. due partes ⁊. 29. minuta ⁊ medium fere: sm quantitatem qua erit linea que est a centro egrediente vsq; ad ipsius orbem. 60. partes. Linea ergo que egreditur a centro egrediente ad ipsius orbem est equalis longitudini: que est inter duo centra. 24. vicibus fere. ¶ Et etiam q̃ iam est ostensum: q̃ linea. e.r. est due partes ⁊. 29. minuta ⁊ mediū: ⁊ fuit linea. r.o. pars vna ⁊ duo minuta: ergo sm quātitatē qua erit chorda. e.r. 120. partes: erit linea. r.o. sm eā. 49. partes ⁊. 46. minuta fere. ⁊ arcus qui erit super ipsam orbis descripti supra triangulum. e.r.o. orthogonū: erit. 49. partes: sm quantitatem qua erit circulus. 360. partes. Angulus ergo. r.e.o. erit sm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. 49. partes. ⁊ sm quātitatem qua erūt quattuor anguli recti. 360. partes: erit. 24. partes ⁊. 30. minuta. Et q̃ angulus est apud centrum orbis signorum: erit arcus. b.b. qui est inter longitudinem lōgiorem ⁊ inter tropicum estiuū. 24. ptes ⁊. 30. minuta. ⁊ remanebit vnaquaq; duarū quartarū: supra quas sunt. q.r. ⁊. r.n. 90. partes. Vnusquisq; autem arcuū. q.l. ⁊. t.n. est due partes ⁊ decem minuta. ⁊. m.r. est cifre ⁊. 59. minuta. ergo arcus. l.m. erit. 86. partes ⁊. 51. minuta. ⁊ arcus. m.t. erit. 88. partes ⁊. 49. minuta. Sol ꝯ secat has. 86. partes ⁊. 51. minuta per motum suū medium in 88. diebus ⁊ octaua diei fere. ⁊ secat. 88. partes ⁊. 49. minuta in. 90. diebus ⁊ octaua diei fere. Propter hoc ergo videbit sol secare arcū. g.d. q̃ est ab equalitate autūnali ad conuersionē hiemalē in. 88. diebus ⁊ octaua diei. ⁊ arcū. d.a. q̃ est a tropico hiemali ad eq̃litatē vernalē in. 90. diebus ⁊ octaua diei fere. Iā q̃ inuenimus ex his q̃ diximus euenire dicto Thrachis.

Secūdū similitudinē ꝯ harū quātitatū inquirā primo quanta sit maior diuersitas que est inter motū mediū: ⁊ motū qui videt. ⁊ apud que pūcta fit hoc. ¶ Describā ita q̃ circulū orbis egredientis centri: supra quē sint. a.b.g. supra centrū. d. ⁊ diametrū transeuntē a puncto. a. q̃ est lōgitudo longior: supra quā sint. a.d.g. ⁊ sit supra ipsam centrū orbis signorum supra punctū. e. ⁊ protraham a puncto. e. lineam orthogonaliter supra lineam. a.g. que sit. e.b. ⁊ protraham lineam. d.b. Et q̃ sm quantitatem qua erit linea. b.d. que est a centro ad circulū. 60. partes: erit. d.e. que est inter duo centra due partes ⁊. 30. iii. fere. ergo proportio. b.d. ad. d.e. est vigiesquater tātū. Scēm quantitatē ergo qua chorda. b.d. erit. 120. partes: erit linea. d.e. quinq; partes. ⁊ arcus qui erit supra ipsam circuli continentis triangulum. b.d.e. orthogonaliter: erit quattuor partes ⁊. 46. minuta fere sm





quantitatem qua erit circulus. 360. partes. Quapropter angulus. d. b. e. fm illas quantitates erit quattuor partes 7. 46. minuta: qui est angulus continens diuersitatem maiorem, et erit hoc fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: quattuor partes 7. 46. minuta. 7 fm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes: erit due partes 7. 23. minuta. 7 fm illas quantitates: erit angulus. b. e. d. rectus. 90. partes. et angulus equalis duobus angulis: qui est angulus. b. d. a. manifestum est q̃ est. 92. partes 7. 23. minuta. Et quia ipsi sunt apud duo centra. s angulus. b. d. a. apud centrum egrediens: 7 angulus b. e. d. apud centrum orbis signorum: erit diuersitas maior: que est inter motum medium: 7 inter motum visionis due partes 7. 23. minuta. 7 erunt duo arcus apud quos erit illud scz arcus orbis centri egredientis: qui est motus equalis vel medius. 92. partes 7. 23. m̃. a longitudine longiore. 7 arcus orbis signorum: qui est motus visionis diuersc: erit q̃rta: scz. 90 partes: sicut iam ostendimus. Et his aut̃ que demonstrauimus declarabit: q̃ diuersitas maior erit in medietate orbis opposita huic medietati. 7 motus qui videtur medius erit super 270. partes a longitudine lõgiore. 7 motus equalis qui est sup orbẽ centri egredientis: erit a longitudine lõgiore etiã super. 267. ptes 7. 37. m̃. Et illud est qd̃ oportuit nos demõstrare.

Ad hoc autem vt demonstremus etiã fm modũ orbis reuolutionis per numeros: q̃ quãtitates ille sunt vne: cum proportiones fuerint fm q̃ diximus: Describam circulum: cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quem sint. a. b. g. super centrum. d. 7 diametrum. a. d. g. 7 orbem reuolutiõis: supra quem sint. e. r. b. supra centrum. a. Et protraham a. d. lineam ꝛtingentẽ orbem reuolutionis: supra quam sint. d. r. b 7 protrahã lineam. a. r. erit ergo in triangulo. a. d. r. ortogonio linea. a. d. vigesiesquater tantum quantum linea. a. r. Et fm quantitatẽ qua erit diameter. a. d. 120. partes: erit linea. a. r. quinq̃ partes. et arcus qui erit supra ipsam orbis descripti super triangulum. a. r. d. ortogonium: erit quattuor partes 7. 46. minuta: fm quantitatem qua erit orbis. 360. partes. Angulus ergo. a. d. r. tũc fm partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes erit. 4. partes 7. 46. minuta. 7 fm partes quibus quattuor anguli recti sunt. 360. partes: erit due partes 7. 23. minuta. Diuersitatem ergo maiorem: que est arcus. a. b. iam inuenimus q̃ conuenit esse partes duas 7. 23. minuta. Sed arcus motus diuersi: quia subtendit angulo. a. r. d. ortogonio: erit 90. partes. 7 arcus motus medii: qui subtenditur angulo. e. a. r. erit. 92. partes 7. 23. minuta Et et hoc etiam erit arcus motus centri orbis reuolutionis. 92. partes 7. 23. minuta. Et illud est quod oportuit nos declarare.

Capitulum Quintum De inquisitionibus particularibus ex diuersitate.

Et vt possimus habere cognitionem partium diuersitatis motuum in omni hora Demonstrabo etiam fm vnũquq̃q̃ duorum modorum: cum scitus fuerit aliquis horum arcuũ positorum: qualiter sciantur arcus reliqui. Describam ergo primũ circulũ: cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quẽ sint. a. b. g. supra centrum. d. 7 orbem centri egredientis: supra quem sint. e. r. b. supra centrũ t. 7 diametrum transeuntem supra centra eorum: 7 supra punctum. e. quod est longitudo longior: supra quam sint. e. a. t. d. Et separabo arcum. e. r. quem ponam primum verbi gratia 30. partes. Et protraham duas lineas. r. d. 7. r. t. 7 producam lineam. r. t. vsq̃ ad. k. Et protraham a. d. perpendicularem supra lineam. r. t. k. que sit. d. k. Et quia arcus. e. r. iam positus est 30. partes: erit angulus. e. t. r. qui est equalis angulo. d. t. k. 30. partes: fm quantitatem qua sunt quattuor anguli recti. 360. partes. et fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360 partes: erit. 60. partes. Arcus ergo qui est super. d. k. erit. 60. partes: fm quantitatẽ qua erit circulus ꝛtingens triangulum. d. t. k. ortogonium. 360. partes. Et arcus qui est supra. k. t. qui est residuus ad complendam medietatem circuli: est. 120. partes. Et erunt eorum chorde. i. chorda. d. k. 60. partes: fm quantitatem qua erit. d. t. chorda. 120. partes. Et erit chorda. k. t fm illam quantitatem. 103. partes 7. 55. minuta. Quapropter fm quantitatem qua erit linea. d. t. due partes 7. 30. minuta. et linea. r. t. que est a centro. 60. partes: erit. k. d. pars 7. 15 minuta. et. k. t. fm eandem due partes 7. 10. minuta. et tota linea. k. t. r. 62. partes 7. 10. minuta. Et quia cum ꝛiunxerimus multiplicationem cuiusq̃ earum in se: erit equalis multiplicationi. r. d. in se: erit chorda. r. d. 62. partes 7. 11. minuta fere: fm quantitatem qua fuit. d. k pars 7. 15. minuta. Scõm quantitatem ergo qua erit linea. r. d. 120. partes: erit linea. d. k. due partes 7. 25. minuta. 7 arcus qui est super ipsam due partes 7. 18. minuta: fm quantitatem qua circulus continens triangulum. d. r. k. ortogonium: erit. 360. partes. Quapropter erit angulus. d. r. k. due partes 7. 18. minuta: fm quãtitatẽ q̃ia erunt duo anguli recti. 360. partes. 7 fm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes: erit pars 7. 9. minuta. Illud ergo est diuersitas que erit tunc. Et fm illam quãtitatẽ erit angulus. e. t. r. 30. partes. Angulus g̃. a. d. b. reliquus: cui subtẽdit arcus. a. b. orbis signorum: erit. 28. ptes 7. 51. minuta.

Dictio



Iam vero declarabilis est cum scitus fuerit angulus alius preter hunc angulū: scientur anguli reliqui: cum nos lineaverimus in simili huius figure perpēdicularem a puncto.t.ad lineam.r.d.supra quā sint.t.l.Si enim fecerimus arcum.a.b.orbis signorum notum: qui subtenditur angulo visionis.b.d.a.erit propter hoc proportio lineę.d.t.ad lineam.t.l.nota. sed proportio.d.t.ad.t.r.est nota. ergo proportio.t.r.ad.t.l. est nota.quapropter erit angulus.t.r.d.qui est diuersitas notus.t angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus. ¶ Q; si nos fecerimus diuersitatem notam: que est angulus.t.r.d.erit similiter econtrario.et propter hoc erit proportio.r.t.ad t.l.nota. Et iam scinisti prius proportionem.r.t.ad.t.d.quapropter erit proportio.t.d.ad.t.l.nota. Et scies ex eo angulū.t d.l.cui subtenditur arcus.a.b.orbis signor.t erit angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus fm illam proportionem.

Et quia sequitur ea que narrauimus vt quidā homines dubitēt: tūc dicimus q̄ iamerit diuersitas manifesta in coniunctionibus ⁊ oppositionibus: ⁊ in eclypsibus que sunt in eis: p̄pter orbem egredientis centri lunarē. Non enim est in omni hora neqz necessario: vt sit semper centrum orbis reuolutionis in veritate longitudinis longioris orbis centri egredientis. sed iam possibile est et elōgetur ab eo fm arcum magnum: propter hoc q̄ eius loca in longitudine longiore non erūt nisi in applicationibus que videntur medie. Coniunctiones autem ⁊ oppositiones vere erūt cū eo quod accidit vnicuiq; eorum luminariū ex diuersitate. Pēsemus ergo vt ostendamus q̄ huius diuersitatis non est quantitas faciens in aliquo eorum que videntur in applicationibus errorem cuius sit magna quantitas: cūius non imaginemur cū ea diuersitatē que erit propter orbem centri egredientis. ¶ Et faciam ad exēplum illius circulum orbis centri egredientis lunarem: supra quē sint. a.b.g. supra centrum. d. ⁊ diametrū a.d.g. in quo quidem sit centrum orbis signorum punctum. e. ⁊ nota quidem declinationis que opponitur pūcto. d. sit punctum. r. ⁊ separabo arcum. a.b. a puncto. a. qō est longitudo longior. ⁊ lineabo super punctum. b. orbem reuolutionum: supra quē sint. b.t.k.l. ⁊ protraham lineam. b.d. ⁊ lineam. b.k.e. ⁊ etiam lineam. b.l.r. Et quia declaratur ex duobus modis possibile esse: vt diuersificetur quantitas diuersitatis: que est ex loco centri orbis egredientis in puncto. a. quod est longitudo longior. ⁊ propter hoc q̄ quando fuerit locus eius in longitudine p̄piquiore: fiet angulus qui est apud punctum. e. maior: et propter hoc q̄ declinatio diametri que erit a longitudine longiore media ⁊ longitudine propinquiore media: non erit ad punctum. e. qō est centrum signorum: sed ad punctum. r. ⁊ augebitur diuersitas aut propter causam p̄mam: cū fuerit diuersitas lune maior. aut propter causam secundam: cum fuerit locus lune in longitudine longiore aut longitudine propinquiore orbis reuolutionis. Et cum acciderit vt sit diuersitas que est propter causam p̄mam maior: tunc erit diuersitas que est propter causam





secundam omnino insensibilis: propter hoc q̃ luna erit super lineas contingentes orbem
reuoluentem.et erit tunc diuersitas additionis ⁊ diminutionis in tempore longo diuersitas
vna.et erit possibile vt fit diuersitas que est inter applicationem mediam ⁊ applicationem
veram-fm illas ambas diuersitates que sunt ex diuersitate cuiusq̃ duorũ luminariũ: cum
vnum eorum augmentatum: ⁊ alterum diminutum fuerit. Et cum acciderit vt fit diuersitas
declinationis maior: ea que est propter causam secundam: erit etiam tunc diuersitas que est
propter cãm primam insensibilis: propter hoc q̃ tota diuersitas: aut erit parua valde: aut nõ
erit omnino. ⁊ illud est cum fuerit luna aut in longitudine longiore: aut in longitudine pro-
pinquiore orbis reuoluentis. et erit diuersitas que est inter applicationem mediam ⁊ appli
cationem veram ipsa diuersitas que est propter solem tñ. ¶ Ponam autem vt sit sol in
maiore additionũ suarum: que est due partes ⁊ 23. minuta. ⁊ luna sit primum in maiore di
minutione sua: que est quinq̃ partes ⁊ vnum minutum: vt fit angulus a.e.b. continens duplum
partium ambarum diuersitatum septẽ partium ⁊ 24. minutorũ. quarum duplum sunt
14. partes ⁊ 48. minuta. Et protrahamus a puncto.e. lineam contingentem orbem reuoluentẽ
supra quã sint.e.t. ⁊ producam perpendicularem.b.t. Et ptrahamus etiam a puncto.d. super li
neam.b.e. perpendicularẽ.d.m. Et quia angulus.a.e.b. est. 14. partes ⁊ 48. minuta: fm quã
titatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ fm quãtitatem qua erunt duo angu
li recti. 360. partes: erũt. 29. partes ⁊ 36. minuta. erit arcus qui est supra lineam.b.m. 29.
partes ⁊ 36. minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.e.m. orthogonium. 360. partes. angulus ergo.e.d.m. qui est arcus residui complemẽti semicirculi: erit
150. partes ⁊ 24. minuta. Et erunt eorũ chorde: chorda quidem.d.m. 30. partes ⁊ 39. mi-
nuta: fm quantitatem qua erit diameter.d.e. 120. partes. ⁊ chorda.e.m. fm illam quantita
tem. 116. partes ⁊ vnum minutum. Propter hoc ergo fm quantitatem qua erit linea.d.e.
que est id quod est inter duo centra decem partes ⁊ 19. minuta: ⁊ linea.b.d. que est media-
tas diametri orbis centri egredientis. 49. partes ⁊ 41. minuta: erit linea.d.m. due ptes ⁊ 38.
minuta. ⁊ linea.e.m. similiter. 9. partes ⁊ 59. minuta. Et quia cum ex quadrato linee.b.d. mi
nuitur quadratum linee.d.m. remanet quadratum linee.b.m. erit longitudo linee.b.m. 49.
partes ⁊ 37. minuta. ⁊ tota linea.b.m.e. erit. 59. partes ⁊ 36. minuta: fm quantitatem qua
erit linea.b.t. que est medietas diametri orbis reuoluẽtis. quinq̃ partes ⁊ 15. minuta. fm
quantitatem ergo qua erit diameter.e.b. 120. partes: erit linea.b.t. decem partes ⁊ 34. mi-
nuta. ⁊ arcus qui est super eam erit decem partes ⁊ sex minuta: fm quantitatem qua erit cir
culus continens triangulum.b.e.t. orthogonium. 360. partes. angulus ergo.b.e.t. qui est di
uersitas maior: erit decem partes ⁊ sex minuta: fm quantitatem qua erunt duo anguli recti
360. ptes. ⁊ fm quantitatem qua erunt q̃tuor anguli recti. 360. partes: erũt quinq̃ ptes ⁊
tria minuta: loco quinq̃ partium ⁊ minuti vnius: que erunt cum fuerit centrum orbis re-
uoluentis in puncto.a. quod est longitudo longior. Fit enim tunc diuersitas que est ꝓpter
hanc causam duo minuta partis vnius. Et hꝰ quidẽ est qõ non peruenit ad hoc vt fit media
tas octaue hore vnius. Et illud est qõ oportuit nos demonstrare.



Ponam etiam vt sit luna in longitudine propinquiore media sup pũctum.l. ad hoc
vt fit angulus.a.e.b. continens fere duplum partium diuersitatis solis tñ. f. q̃tuor
partium ⁊ 46. minutorũ. Et in simili huius forme. cum ptraxerimus lineam.e.l. et
pduxerimus super lineam.e.b. duas perpendiculares a puncto quidem.l. perpen-
dicularem.l.i. ⁊ a puncto.r. perpendicularem.r.s. tunc fm similitudinẽ eorũ que pcesserũt
qm̃ angulus qui est apud pnctũ.e. erit quattuor partes ⁊ 46. minuta: fm quantitatẽ qua
quattuor anguli recti erunt. 360. partes. ⁊ fm quãtitatem qua erunt duo anguli recti. 360.
ptes: erit nouem ptes ⁊ 32. minuta: erit quisq̃ duorũ arcuũ qui sunt sup duas lineas.d.m.
et.r.s. nouem partes ⁊ 32. minuta: fm quãtitatem qua erit quisq̃ duorũ circulorum conti-
nentiũ duos triangulos.e.d.m. ⁊.e.r.s. orthogonios. 360. partes. et erit quisq̃ duorũ arcuũ
qui sunt super duas lineas.e.m. ⁊.e.s. existentium residuũ complementi medietatis sui circu
li. 170. partes ⁊ 28. minuta. ergo vnaquecq̃ duarum chordarũ.d.m. ⁊.r.s. erit nouem par-
tes ⁊ 58. minuta: fm quantitatem qua erit vnaquecq̃ duarũ diametrorũ.d.e. ⁊.e.r. 120. par-
tes. Et vnaq̃q̃ duarũ chordarũ.e.m. ⁊.e.s. fm illam quãtitatẽ erit. 119. partes ⁊ 35. m̃. fm
quantitatem ergo qua erit vnaquecq̃ duarũ linearũ.d.e. ⁊.e.r. decem partes ⁊ 19. minuta: ⁊
d.b. medietas diametri orbis egredientis centri. 49. partes ⁊ 41. minuta: erit vnaq̃q̃ duarũ
linearũ.d.m. ⁊.r.s. 51. minuta. et vnaquecq̃ duarum linearũ.m.e. ⁊.e.s fm illam quantita-
tem erit decem partes ⁊ 17. minuta. Et quia cum ex quadrato linee.d.b. minuitur quadra-
tum linee.d.m. remanet quadratum linee.b.m. fm illam quantitatem. 49. partes ⁊ 41. mi-
nuta fere: tunc fiet linea.b.e. 59. partes ⁊ 58. minuta. ⁊ tota linea.b.s. fm illam quãtitatem
erit. 70. partes ⁊ 15. minuta: fm quãtitatẽ qua fuit linea.r.s. 51. minuta. Quapropter erit
chorda.b.r. equalis illis partibus. 70. partes ⁊ 15. minuta. Et sicut linea.b.r. est apud vnã-
quãq̃ duarũ linearũ.r.s. ⁊.b.s. similiter erit linea.b.l. apud vnãquãq̃ duarũ linearũ.l.i. ⁊.b.i.



fm quantitatem ergo qua erit linea.b.l.scz medietas diametri orbis resolutis quinq; partes 7.15.minuta:cum iam ostensum sit q̃ linea.b.e.est.59.partes 7.58.minuta:erit linea l.i.quattuor minuta.7 linea.b.i.quinq; partes 7.15.minuta fere.7 remanet vt sit linea.e.i. 54.partes 7.43.minuta.fm quantitatem qua erit linea.l.i.quattuor minuta. Et quia propter hoc quod diximus:q̃ chorda.l.e.non est diuersa a.54.partibus 7.43.minutis: fit vt cum fuerit diameter.l.e.120.partes:erit linea.l.i.octo minuta fere.7 arcus qui est super eã erit octo minuta:fm quãtitatem qua erit circulus continens triangulum.e.l.i.orthogoniũ. 360.partes.ergo angulus.b.e.l.qui est diuersitas que est inter lunã 7 inter declinationẽ q̃ est ad punctum.r.erit octo minuta:fm quãtitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes. 7 fm quãtitatem qua erunt quattuor ãguli recti.360.partes:erit q̃ttuor minuta. Iam ergo facta est ẽt hic diuersitas lune quattuor minuta. Et illud est cuius error non est magne quãtitatis in eis que videnť in applicationibus:qm̃ non erit quãtitas octaue hore fere. Et nõ ẽ extraneum vt cadat multotiens equale huic etiã in eis que videnť in considerationibus. Et illud est quod oportuit nos declarare.



Et nos non affirmauimus ea que narrauimus ex eo:nisi ad significandas istas diuersitates:que sunt propter orbem centri egredientis.7 dimisimus earum operationem(cum dimisimus eam apud inquisitionem nr̃am scientie applicationum) non quia sit impossibilis eax operatio:etsi sit parua:sed quia non affert nobis aliquid erroris sensibile in eis que demonstrauimus de eclypsibus lunaribus:cum dimisimus earum operationem. Ea vo que fiunt in inquisitione comprehensionis verificationis motuum lune 7 locorum eius:sunt que narrauimus. Et quia accidit in luna vt nõ sit cursus eius verus in sensu:equalis cursui eius in visu:propter hoc q̃(sicut diximus)non est quãtitas terre apud quãtitatem longitudinis eius in spera sua sicut pũctum.fit propter ea que videntur in alijs modis: 7 precipue que videnť in eclypsibus solis:vt sequať ea que prediximus necessario narratio diuersitatum aspectuum lune:propter quos possimus cognoscere motus lune qui videntur per aspectum aspiciẽtium eã ex superficie terre:vel motus veros qui sunt a centro terre vsq; ad orbem signorum. Et etiam econtrario cognoscere motus veros per motus qui videntur.

Capitulum vndecimum De scientia diuersitatis aspectuum lune.

Et sequitur etiã hanc inquisitionem q̃ non est possibile scire quãtitatem particularium diuersitatũ aspectuũ: quin sciatur longitudo lune a terra:neq; est possibile scire longitudinem lune:quin sciatur aliqua diuersitatũ aspectuũ. quoniã in eo in quo nõ est diuersitas sensibilis.s.omni apud quãtitatem longitudinis eius in spbera sua est terra sicut punctũ:ostẽdam nõ esse possibile inuenire longitudinem eius. In eo aũt cuius est diuersitas aspectus sicut in luna:oportet tm̃ vt inueniaťur eius lõgitudo prius propter diuersitatem aspectus vnã notam. Possibile est enim comprehendere illud per considerationem diuersitatis vnius solum. Et non est possibile comprehẽdere quantitatem longitudinis per considerationem. Abzachis vo non potuit plurimum inquisitiõis huius nisi propter solem.qm̃ ex eis que accidũt in luna 7 in sole(que narrabimus post hoc)sequitur illud:vt cum scitur longitudo vnius duorum luminariũ:sciatur ex ea longitudo alterius Et studuit vt sciret longitudinẽ solis.postea demonstrauit ex ea longitudinem lune. Prius autem posuit diuersitatem visus solis tm̃ minorem que sentitur; vt ex ea acciperet longitudinẽ eius. Deinde post illud demonstrauit per eclypsim solarem :quã ipse posuit.et posuit diuersitatem visus solis quãdoq; minorem que sentiť.quãdoq; posuit eã maiorem. Et ex hoc facta fuit lõgitudo lune diuersa apud eũ in omni modo: quos posuit. Et omnino fuit longitudo in qua non est dubitatio:non tm̃ in mẽsura quãtitatis diuersitatis visionis solis:sed in hoc vtrum solis sit diuersitas visus.

Capitulum Duodecimum De artificio instrumenti : quo scitur quantitas diuersitatis aspectus lune.

Et autem non vteremur in hac inquisitione aliqua causarum occultarum:preparauimus instrm̃ quo possimus considerare fm plurimum quo possibile est scire quanta erit diuersitas aspectus lune fm verificationem.7 quãta sit longitudo loci eius a puncto summitatis capitum:in orbe magno descripto supra duos polos horizontis:7 super centrum lune. Accepimus duas regulas:quattuor habẽtes angulos.quarum quidẽ longitudo non sit minor quattuor cubitis:et possimus diuidere longitudinem in partes multas. Quantitas vo qua quecq; eax continet:sit laudabilis media quãtitatum:7 fm quãtitatem qua non flectaně propter longitudinẽ eax:sed vt sint ve-

bementer plane ⁊ recte:fm q̃ subtilius et verius possibile est vnũquodq̃ laterũ earum rectificari. Deinde lineauimus post illud in medio duarum superficierũ latitudinaliũ cuiusq̃ duarum regularum lineas rectas in longitudine. ⁊ composuimus in ambabus extremitatibus vnius earum duas tabellas quadratas equales equidistantes:erectas super superficiẽ. quarum medium sit erectum super lineã que est in medio superficiei. et fecimus in medio cuiusq̃ earum foramen. ⁊ posuimus mediũ cuiusq̃ duorum foraminum super verificationem linee que est in medio regule. ⁊ posuimus foramẽ super quod ponitur oculus aspicientis minus: ⁊ foramen q̃ sequitur lunam maius:fm quãtitatem qua cum aspiciens aspicit: cum vno oculorum suorum per foramen minus:possit videre totã lunã per foramen maius quod ei opponitur. Et fecimus in vnaquaq̃ duar̃ regularum apud vnam duar̃ extremitatũ que est apud tabellã in qua est foramen maius:in veritate medii linear̃ foramen equale. et composuimus in eis arẽ ordinantẽ duas regulas: ⁊ cõstringentẽ vnã earum cum alia:sicut constringuntur linee cũ centro. ⁊ fiximus regulam in qua non sunt due tabelle:super basim fixione vehementi ⁊ sapiente. et posuimus regulam aliam in qua sunt due tabelle lenis revolutionis ad omnem partem:absq̃ inclinatione ⁊ separatione a revolutione sua. ⁊ signauimus super veritatem medij duarum linearum:que sunt in vnaquaq̃ duarum regularum apud duas extremitates que sequunt̃ basim duas notas.q̃rum longitudo a cẽtro in quo est axis sit equalis:fm q̃ magis possibile est esse equale. ⁊ diuisimus lineã diffinitam:que est in regula secunda in seraginta partes. ⁊ diuisimus vnãquãq̃ bar̃ partiu̅ in ptes: fm q̃ possibile fuit. ⁊ cõposuimus in duabus extremitatibus huius regule secũde retro ipsam duas tabellas sicut parilloꝰ. in quibus sint latera earum que sequũtur vnãquãq̃ partem super lineam illam adinuicem opposita. ⁊ fit earum longitudo a linea media vndiq̃ cõlis. et q̃ñ suspenditur perpendiculum ⁊ fit chorda eius contingens duas tabellas:sciat q̃ regula secunda est fixa recte super supficiem horizontis absq̃ declinatione. Et nos quidem iam premisimus ⁊ preparauimus lineam meridiei in supficie equidistante superficiei horizontis: ⁊ ꝓparauimus super ipsam hoc instrumentum in loco lucido non tenebroso erectũ. ⁊ posuimus angulos duarum regularũ:in quibus vna ear̃ alteri applicatur:cum are conter̃ se ad meridiem:donec fiant due superficies suppositę equidistãtes linee meridiei posite. Et posuimus regulam cui basis est erectã non declinatam neq̃ motam:sed sapienter fixam. ⁊ posuimus aliam lenis revolutiõis super arem cum moderata equalitate in superficie orbis meridiei. Et addidimus regulam aliam subtilem rectam:et composuimus eam in clauo parvo in extremitate linee diuise:que est apud basim. vt sit ipsa etiam lenis revolutionis super ipsum. ⁊ perveniat ad maiorem revolutionem extremitatis linee que est in regula revoluta:cuius lõgitudo ẽ eq̃lis lõgitudini linee q̃ est in regula secũda:vt possibile sit nobis:cũ fuerit eius revolutio in illa extremitate:declarare per ipsam lõgitudinẽ que est inter duas extremitates: esse equalem. ¶ Et posuimus ꝓsideratione lune fm hunc modũ quẽ dicã: Cum fuerit trã situs lune in veritate linee orbis meridiei: ⁊ in duobus punctis duor̃ tropicor̃ orbis signor̃ In habitudinibus nãq̃ istis similibus erũt orbes magni descripti sup̃ duos polos orbis horizõtis ⁊ super centrum lune. ipsi orbes descripti sup̃ duos polos orbis signorũ vere:in quibus videtur transitus lune in latitudine: ⁊ eius longitudo vera a pũcto summitatis capitis: et propter hoc declarabimus acceptionẽ eius revoluamus regulã in qua sunt due tabelle ad lunam apud transitum eius super lineam meridiei: donec aspiciens videat centrum lune ab ambobus foraminibus in medio foraminis maioris. ⁊ sciemus per regulã subtilem longitudinem que est iter duas extremitates duar̃ linearum que sunt in duabus regulis. Postea ponã ipsam super lineam diuisam in seraginta partes in regula erecta secũda. ⁊ inueniemus numerum partium linee longitudinis quam prediximus: fm quantitatem qua erit medietas diametri orbis(quem lineat revolutio in superficie orbis meridiei) seraginta partes. Postea accipiemus arcum cui subtenditur linea huius longitudinis: ⁊ vocam q̃ ipse est arcus lõgitudinis: que fuit tunc inter centrum lune quod videtur: ⁊ inter punctum summitatis capitum: in orbe magno descripto super duos polos horizõtis: ⁊ super lunam. ⁊ hic orbis fuit tunc ipse meridiei orbis descriptus super polos orbis equationis diei ⁊ orbis signorum. ¶ Et vt sciremus fm verificationẽ maiorem transitum lune qui erit in latitudine:considerauimus fm speculationem in hora in qua fuit luna in puncto tropici estiualis ⁊ in vltima longitudine septentrionis orbis lune declinis. Cum enim fuerit in his duobus punctis:erit eius transitus in latitudine fm sensum longe more: tardi motus. Et quia luna fuit tunc apud punctum summitatis capitum:in linea equidistante descripta super alexandriam:in qua nos fecimus considerationẽ:fuit locus eius qui videtur equalis loco eius verificato fere. Inuenimus ergo in pertransitionibus istis similibus longitudinẽ quẽ est iter centrũ lune a punctõ summitatis capitũ duas partes ⁊ octauã partis fere. donec declaratur ex hac inquisitione: q̃ maior longitudo lune in latitudine ad duas partes orbis signorum ẽ quinq̃ partes. ⁊ ipse sunt partes addite sup̃ partes que sunt inter punctũ summitatis capi-

Cortio lori lune

Ayobis assumendi

Ayobis assumendi lune
distantia a zenith

tum: ⁊ inter ordem equationis diei. que iam demonstrate sunt in alexandria esse. 30. partes ⁊. 58. minuta: diminutis duabus partibus ⁊ octaua pte: que sunt lōgitudo visionis. Iam vō ostensum fuit: q̄ longitudo que est inter ordem equationis diei ⁊ inter punctum tropici estui: est. 23. partes ⁊. 51. minuta. Et vt perscrutaremur diuersitatem aspectus: considerantes etiam lunam fm modū illi similem: quādo fuit in puncto tropici hyemalis: ppter illō etiam iam premisimus narrationē. Et quia tūc luna fuit maioris elōgationis a puncto summitatis capitum: sicut transitus eius qui fuit in ordre meridiei: fuit diuersitas aspectus eius maior ⁊ manifestior. ¶ Ut aūt ponā ex diuersitatibus aspectuū q̄s ōsideraūimus in pertrāsitionibus istis similibus: diuersitatem aspectus vnius: etiā demonstrabo per eam modum accipiendi: ⁊ numerationem eius quod remanet ex diuersitatibus aspectuū: fm q̄ sequitur.

¶ Capitulum tertiumdecimum De demonstrationibus longitudinum lune.

Onsideraūimus lunam in anno vigesimo annorum adriani: in die tertiodecimo mensis athis: qui est tertius ex mensibus egyptiorum: post quinq̄ horas ⁊ medietatem ⁊ tertiā hore equales: a media die ⁊ iuxta occasum solis. Et fuit visa elōgatio que est inter centrum lune ⁊ inter punctum summitatis capitum: per instrumentum quinquaginta partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis. Et illud fuit quia longitudo chorde quā inuenimus per regulam subtilem fuit. 51. partes ⁊ medietas ⁊ medietās sexte partis: fm quātitatem qua diuiserunt medietatem diametri orbis resolutionis in sexaginta partes. ⁊ ipsa est chorda arcus quinquaginta partū ⁊ medietatis ⁊ tertie ⁊ medietatis sexte partis: fm quātitatē qua erit circulus. 360. partes. Fuit autem tempus q̄ fuit inter duo loca solis ⁊ lune in pmo annor̄ Nabucho. ⁊ inter horam huius cōsiderationis octingenti ⁊ octuagintaduo anni egyptii: ⁊ septuagintaduo dies ⁊ quinq̄ hore ⁊ medietas ⁊ tertia hore absolute equales. que fm verificationē erūt quinq̄ hore ⁊ tertia hore. Et inuenimus solem in hac hora per cursum suum medium in septē partibus ⁊. 31. minutis libre. fm verificationem vō in quinq̄ partibus ⁊. 28. minutis eius. Et locum lune per cursum suū medium. 25. partes ⁊. 44. minuta sagittarii. Et fuit cōprehensum quod fuit inter duo loca eor̄ per cursum medium. 78. partes ⁊. 13. minuta. Et inuenimus longitudinem que fuit inter longitudinem longiorem mediam in orbe reuoluente: ⁊ inter locū lune per cursum suum medium. 262. partes ⁊. 20. minuta. Partes aūt latitudinis que est ab vltima longitudine septētrionis. 354. partes ⁊. 40. minuta. ⁊ propter hoc addidit quātitas diuersitatis super illud quod est ppium ei in tabulis septē ptes ⁊. 26. minuta. Quapropter fuit verificatio loci lune in illa hora in longitudine quidē tres partes ⁊ decem minuta capricorni. Et in latitudine in orbe quidem declinis ab vltima longitudine septētrionis due partes ⁊ sex minuta. Et in orbe quidem lineato sup duos polos orbis signorū (qui fuit tunc existēs orbis meridiei fere) quattuor partes ⁊. 59. minuta ab orbe signorum ad septētrionē. Et longitudo loci trium partium et decē minutorū capricorni ab equatione diei in illo orbe ad partem meridiei. 23. partes ⁊. 49. minuta. Et fuit elōgatio equationis diei a puncto summitatis capitum in alexandria ad partem meridiei. 30. partes ⁊. 58. minuta. Ergo fuit longitudo vera cētri lune a puncto summitatis capitū. 49. partes ⁊. 48. minuta. Fuitq̄ visa eius longitudo. 50. partes ⁊. 55. minuta. Ergo fuit diuersitas aspectus lune fm quantitatem transitus eius hic positi pars vna ⁊ septē minuta: in orbe magno descripto super ipsas ⁊ sup duos polos horizontis. Et fuit eius elongatio vera a puncto summitatis capitum. 49. partes ⁊. 48. minuta. ¶ Et postq̄ quod hauimus fit notum: lineabo in superficie orbis magni descripti super duos polos horizontis ⁊ super lunam: videlicet super centrum eius orbē terre magnū supra quem sint. a. b. ⁊ orbem quidem continentem lineam rectam: que transit super centrū lune apud considerationem: supra quē sint. g. d. ⁊ orbē apud quē fit quātitas terre sicut punctum: supra quē sint. e. r. h. t. fitq̄ centrum oium eorum cōe punctum. k. ⁊ linea que a centro progreditur ⁊ transit super punctū summitatis capitum sit. k. a. g. e. Et sit luna super pūctum d. ⁊ eius longitudo vera a puncto summitatis capitū: q̄ est punctum. g. est iste partes positē: sc̄. 49. partes ⁊. 48. minuta. protraham autem duas lineas. k. d. b. ⁊. a. d. t. ⁊ etiam ptrahā a puncto. a. q̄ erit aspectus aspicientiū perpendicularem super lineam. k. b. que sit perpendicularis. a. l. fitq̄ linea. a. r. equidistans linee. k. b. manifestum est igitur a spiciētibus a puncto. a. q̄ diuersitas aspectus lune est arcus. b. t. qui est pars vna ⁊ septē minuta: fm q̄ comprehendimus per considerationem. Et quia arcus. r. t. est maior arcu. b. t. fm id q̄ nō cōputatur diuersitas: qm̄ tota terra est apud orbē. e. r. h. t. sicut pūctum: erit arcus. r. t. circiter vnam partem ⁊ septem minuta. Quapropter qm̄ cum punctum. a. positum fuerit cētrū orbis. r. h. t. non erit in illo diuersitas numerata: erit angulus. r. a. t. pars ⁊ septē minuta: fm quātitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ fm quātitatem qua erunt duo anguli recti 360. partes erūt due partes ⁊. 14. m̄. Quapropter erit angulus a. d. k. ei equalis due partes

.7.14.minuta.7 arcus qui est super lineã.a.l.erit oue partes .7.14. minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.a.d.l.orthogonium.360.partes.chorda igitur.a.l. erit oue partes .7.21.minuta: fm quãtitatem qua erit diameter.a.d.120.ptes.sed linea.d.l. est breuior diametro.a.d.fm id q̃ nõ numerãtur utiertitas.ergo fm quantitatem qua erit linea.a.l.oue partes .7.21.minuta: erit linea.d.l.fere.120.partes. Et etiã quia arcus.g.d.est 49.partes .7.48.minuta: erit angulus.g.k.d.qui est apud centrum orbis.49.partes .7.48. minuta: fm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti.360.ptes.sed fm quãtitatẽ q̃ erũt duo anguli recti.360.partes: erunt.99.partes .7.36.minuta. Et propter hoc erit arcus qui est super lineam.a.l.99.partes .7.36.minuta: fm quãtitatem qua erit circulus cõtinens triangulum.a.l.k.orthogonium.360.partes. Et arcus qui est supra lineam.l.k.residuum semicirculi erit.80.partes .7.24.minuta. Et chorde que subtenduntur arcubus: chorda quidẽ.a.l. erit.91.partes .7.39.minuta: fm quãtitates qua erit diameter.a.k.120.partes. Et erit chorda.l.k.77.partes .7.27.minuta: fm quãtitatem ergo qua erit diameter.a.k.que est medietas diametri terre pars vna: erit chorda quidem a.l.46.minuta.7 chorda.k.l.39.minuta. sed fm quãtitatem qua fuit linea.a.l.oue partes .7.21.minuta: fuit declaratum q̃ linea.l.d. est.120.partes fere.ergo fm quãtitatem qua erit linea.a.l.46.minuta: erit linea.l.d.39.partes .7.6.minuta.sed fm quãtitates illas fuit linea.k.l.39.minuta.7 linea.k.a.que est medietas diametri terre fuit pars vna.ergo fm illam quantitatem erit tota linea.k.d.continens longitudinem lune: que fuit in hora cõsiderationis.39.partes .7.45.minuta. Et illud est q̃ ostendere voluimus.

Et post huius declarationem lineabo orbẽ lune egredientis cẽtri: supra quẽ sint a.b.g.supra centrum.d.7 sit diameter eius.a.d.g.7 in diametro sit centrum orbis signorum: supra quod sit.e.et iuxta declinationis orbis reuoluẽtis sit punctum.r. 7 lineabo supra centrum.b.orbẽ reuoluẽtẽ: supra quẽ sint.b.t.k.l.7 protraham lineas.b.b.t.e.7.b.d.7.b.k.r.sicq̃ locus lune in hac consideratione posita punctũ.l. ꝓtraham autem duas lineas.e.l.7.l.b.7 pducã lineam.b.e.7 faciam ipsam pertrãsire: 7 protraham super ipsam duas perpendiculares a puncto quidẽ.d.perpendiculariter.d.m.7 a puncto.r.perpẽdicularem.r.n. Et q̃ in hora considerationis fuit numerus longitudinis.78.partes .7.13. minuta: erit propter illud cuius iam precessit declaratio: angulus.a.e.b.156.partes .7.26. minuta: fm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.7 vnusquisq̃ duorũ angulorũ.r.e.n.7.d.e.m.qui sunt residuum complementi duoꝝ angulorꝝ rectorꝝ: erit.23.partes .7.34.minuta.7 fm quãtitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: erunt.47. partes .7.8.minuta. Quapropter erit arcus qui est super vnãquãq̃ duarꝝ linearꝝ.d.m.7.r.n.47. partes .7.8.minuta: fm quantitatem qua erit quisq̃ duorꝝ circulorꝝ continens duos triangulos.d.e.m.7.r.e.n.positos orthogonios.360.partes.qrũ linea.d.e.est equalis linee.e.r. Et arcus qui est super vnãquãq̃ duarꝝ linearꝝ.e.m.7.e.n.erit fm illam quantitatem.132. partes .7.52.minuta.igit vnaquecq̃ chordarꝝ suarꝝ.s.chorda.d.m.et chorda.r.n.erit.47 ptes .7.59. minuta: fm quãtitatẽ qua erit vnaquecq̃ duarꝝ diametrorꝝ.d.e.7.e.r.120.partes. Et vnaquãq̃ duarꝝ linearum.e.m.7.e.n.fm illam quãtitatem erit.110.partes.7 fm illam quãtitatem fm quã erit vnaquecq̃ duarꝝ linearꝝ.d.e.7.e.r.decem partes .7.19.minuta.7 linea.d.b.medietas diametri orbis centri egredientis.49.partes .7.41.minuta: erit vnaquecq̃ duarꝝ linearꝝ.d.m. 7.r.n.quattuor partes 7 octo minuta.7 vnaquecq̃ duarꝝ linearꝝ.e.m.7.e.n fm illam quãtitatem erit nouem partes .7.27.minuta. Et q̃ cum minuitur ex quadrato linee.b.d. quadratũ linee.d.m.remanet quadratum linee.b.m.erit lõgitudo linee.b.m.fm illam quãtitatẽ.49. partes .7.31.minuta.7 propter hoc erit linea.b.e.40.partes .7.4.minuta.7 remanet vt sit linea.b.n.fm illam quantitatem.30.partes .7.37.minuta: fm quãtitatem qua fuit linea.r.n. quattuor partes 7 octo minuta. Et quia cum aggregauerimus quadrata earꝝ: erit eq̃le q̃drato.r.b.erit longitudo chorde.b.r.30.partes .7.54.minuta: fm quãtitatem qua linea.r.n.est quattuor partes 7 octo minuta.ergo fm quantitatẽ qua erit diameter.b.r.120. partes: erit linea.r.n.sexdecem partes 7 duo minuta.7 arcus qui est super eam erit.15.partes .7.21.minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.b.r.n.orthogoniũ.360.partes.angulus igitur.r.b.n.erit.15.partes .7.21.minuta: fm quãtitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.7 fm quantitatem qua erũt q̃tuor anguli recti.360.ptes: erit septẽ partes .7.40.minuta fere: que sunt arcus.t.k.orbis reuoluentis. Et etiam q̃ longitudo lune fuit in hora considerationis a longitudine longitudo media.262.partes .7.20.minuta.7 a puncto k.q̃ est longitudo propinquior media: 7 manifestum est q̃ est residuũ lõgitudinis medietatis circuli maioris.82.partes .7.20.minuta. erit arcus.k.l.82.partes .7.20 minuta.7 totus arcus.t.k.l.90.partes.ergo angulus.t.b.l.est rectus. Et quia linea.b.d.que est medietas diametri orbis centri egredientis: est.49.partes .7.41.minuta.7 linea.b.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis: est quinq̃ partes .7.15.minuta.7 fm illam quãtitatem fuit iam ostẽsum q̃ linea.e.b.est.40.partes .7.4.minuta.7 aggregatum ex quadratis earum est eq̃le

bb	5.	15.			
rr	40	25	bb	5	15
ra	60	00	ra	39	45
rg	39	22	rg	39	00
bg	49	41		38	45
rb	40	4	rb	39	45
bg	40	4	bg	39	45

quadrato.e.l.erit longitudo linee.e.l.fm illam quantitatē.40.partes ⁊.25.minuta.longitudo ergo lune in hora consideratione fuit.40.partes ⁊.25.minuta: fm quantitatem qua fuit linea.b.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis.quinq; partes ⁊.15.minuta. et linea e.a.que est a centro terre ad longitudinē lōgiorē orbis centri egredientis.est.60.partes.⁊ linea.e.g.que est a centro terre ad longitudinē propinquiorē orbis centri egredientis.est.60.partes est.39.partes ⁊.22.minuta. ¶ Iam vero ostensum fuit q̄ in hora ꝓsiderationis lōgitudo lune.f.linea.e.l.fuit.39.partes ⁊.45.minuta:fm quantitatē qua erit medietas diametri terre pars vna.ergo fm quantitatē qua erit linea.e.l.que est longitudo lune in hora considerationis.39.partes.⁊.45.minuta:⁊ medietas diametri terre pars vna:erit linea.e.a.que est lōgitudo lune media.que erit in hora applicationum.59.partes.⁊ linea.e.g.que est lōgitudo lune media.que erit in hora medietatis implētionis lune erit.38.partes ⁊.43.minuta.et medietas diametri orbis reuoluētis fm illam quantitatē erit quinq; partes ⁊ decem minuta.Et hoc est quod demonstrare intēdimus.

¶ Capitulum decimūquartum de scientia eorum que videntur ex coniunctione ⁊ oppositione de quantitatibus diametrorum Solis ⁊ Lune ⁊ Umbre.

Et postq; declarauimus lōgitudines lune fm hunc modum: Sequitur illud nunc vt demonstremus longitudines solis. Et erit illud breuiter per lineas: cum nos addiderimus super longitudines lune:que erunt in hora application. ūquātitates angulorum.qui prouenīūt apud aspectū propter diametros solis ⁊ lune ⁊ vmbre. Nos vero abhorruimus operari in inquisitione huius per capitula quorum quantitates reperiuntur per instrumenta aque:aut instrumēta temporū eleuationum equalitatis:quas estimauimus esse longitudinē diametrorum horum luminarium:⁊ significant super ea:ideo q̄ non est possibile verificari illud per capitula istis similia ⁊ instrumenta. Sed nos operati sumus in eo per instrumenta duarum regularum:quas declarauit Abrachis.fm lōgitudinē quattuor cubitorū. Cum ergo nos consideramus per hoc instrumentū: inuenimus diametrū solis cōtinere vnum angulū fere in omni loco:⁊ nō est propter longitudinē solis in eo diuersitas.cuius sit magna quantitas. Diameter vero lune non cōtinet illum angulum.quem continet diameter solis:nisi cum fuerit longitudo eius a terra maxima: que erit in implētione lune in longitudine longiore orbis reuolutionis suī: fm q̄ simile est modis quibus operati sunt antiqui: ⁊ non cum fuerit luna in longitudine media.cum eo namq; inuenimus angulos minores angulis qui reperiuntur per instrumentū. fm quantitatē manifestam.⁊ non parua.⁊ non per quantitates instrumēti duarum regularū inuenimus illud:sed per quasdā eclypses lunares:cū quidē subtendunt queq; duarum diametrorū angulo equali.i.quorū vnus equalis est alteri.tunc iam fuit possibile accipere illud leuiter per duas regulas.non enim fit in illo aliquid ex numero partium. Quante vero quantitatis sit angulus: manifestum fuit nobis iam q̄ dubitatio est in eo magna. quoniam apud considerationes nostras per duas regulas. erit illud quod obumbrat latitudo in longitudine regule ex eo quod est inter oculos nostros ⁊ tabellā multus numerus. et propter hoc non est possibile vt sit fm veritatē. Et quia inuenimus lunā cū fuit in longitudine sua magna (sicut iam inuenimus eam in considerationibus eclypsium lunarium:que fuerūt in illa longitudine sua magna) fit angulus qui est apud visum aspicientis eqlis etiā angulo solis. qui est apud visum aspicientis etiā.cum ergo inuenerimus quantitatē anguli q̄ subtenditur lune:tunc ex hoc iam inueniemus angulū qui subtēditur soli. ¶ Modi autē inueniendi quod diximus demonstrabimus scientiā in duabus eclypsibus etiā quas vidimus. Fuit vna earum in anno qui fuit quintus annorum kalesen: qui est annus.127.annorum nabuchodono.27.die transacto mensis athis: qui est vnus ex mensibus egyptiorū: in nocte:cuius mane fuit diei vigesimusoctauus.⁊ in fine vndecime hore noctis incepit luna eclypsari in babylonia.fuitq; plurimum eclypsis eius a parte meridiei quarta diametri eius. Et quoniā eclypsis initiū fuit post mediam noctē quinq; horis tēporalibus:⁊ fuit tempus medium post medietatē noctis sex horis fere: que fuerūt tunc in babylonia quinq; hore ⁊ medietas:⁊ tertia hore equales:quoniā locus solis fm verificationē fuit in illa hora.27.partes ⁊ tria minuta arietis: Manifestū est igitur:q̄ eclypsis fuit tēpus medium apud plurimū qō cecidit ex diametro eius in vmbra:in babylonia quidem post medietatē noctis quinq; horis ⁊ mediate ⁊ tertia hore equalis:⁊ in alexandria post medietatē noctis quinq; horis tūm. Et fuit tēpus aggregatum a primo annorū nabuchodono. vsq; ad horas medie eclypsis 126.anni ⁊.86.dies ⁊.17.hore equales absolute.⁊ erunt cum equate fuerint per diuersitatem dierum cum noctibus suis secundē hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et propter hoc fuit visus loctis lune per cursum suum medīū in longitudine.25.partes ⁊.32.minuta libre. Et fuit locus eius verus.27.partes ⁊.5.minuta. Et fuit longitudo partis.in qua fuit luna a lon



gitudine longiore orbis reuolutionis. 340. partes ⁊ 7. minuta: fuitq; longitudo illius partis in orbe suo declini a lõgitudie longiore septẽtrionis. 80. partes ⁊ 40. minuta. Manifestum est igitur: q; cum fuerit longitudo centri ab vno duoꝝ nodorum nouẽ partes ⁊ tertia partis in orbe suo declini cum fuerit in longitudine sua magna: ⁊ fuerit centrũ vmbre in orbe magno descripto supra illam longitudinem fm angulũ rectum orbis declinis in loco in quo erunt magne tenebre: quarta diametri lune cadet in vmbrã. ¶ Et fuit eclypsis secũda in anno septimo annoꝝ Diamerris: qui est annus ducẽtesimus ⁊ vigesimus quintus annorũ nabuchodono. decẽ ⁊ septẽ diebus mensis Diamertuz transactis. in nocte cuius mane fuit dies decimus octauus: ante medietatẽ noctis vna hora. Et eclypsatũ fuit ex luna in babylonia a parte septẽtrionis medietas diametri eius. Et fuit illa eclypsis in alexãdria ante medietatem noctis vna hora ⁊ medietate ⁊ tertia hore equalis fere. Et fuit tẽpus aggregatũ ducẽti ⁊ vigintiquatuor anni egyptij: ⁊ centũ ⁊ nonaginta sex dies: ⁊ decẽ hore: ⁊ sexta hore absolute equales. que erũt fm verificationẽ nouẽ hore ⁊ medietas ⁊ tertia hore. quoniã sol fuit in. 18. partibus ⁊. 12. minutis cancri. Et fuit locus lune per cursum suũ mediũ in longitudine. 20. partes ⁊. 20. minuta capricorni: ⁊ fm verificationẽ. 18. ptes ⁊. 14. minuta. Et fuit lõgitudo eius a longitudine longiore orbis reuolutionis. 28. partes ⁊. 5. minuta. fuitq; longitudo illius partis a longitudine longiore septẽtrionis in orbe suo declini. 262. partes ⁊. 12. minuta. Jam ergo manifestũ est: q; ex hoc etiã cuz fuerit longitudo centri lune ab vno duorum nodoꝝ in orbe suo declini septẽ partes ⁊ quattuor quinte partis: ⁊ fuerit luna in tila longitudine magna: ⁊ fuerit centrũ vmbre eius in loco quẽ prediximus: medietas diametri lune cadet in vmbrã. Sed cum fuerit longitudo centri lune ab vno duoꝝ nodoꝝ in orbe declini nouẽ partes ⁊ tertia partis: erit longitudo eius a linea medij cingulij signorũ quadragintaocto minuta ⁊ medietas minuti partis vnius in orbe magno descripto sup ipsũ fm angulũ rectũ orbis declinis. Et cum fuerit eius longitudo ab vno duoꝝ nodorũ in orbe declini septẽ partes ⁊ quattuor quinte partis: erit elongatio eius a linea medij cingulij signorũ. 40. minuta ⁊ due tertie minuti partis vnius in orbe magno descripto supra ipsum fm angulum rectũ orbis declinis. Et quoniã superfluitas que est inter duas eclypses: nõ est nisi quarta diametri lune: ⁊ superfluitas que est inter longitudines earum a linea medij cingulij signorum (que est centrũ vmbre) est septem minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti: tunc manifestum est q; tota diameter lune subtenditur arcui orbis magni: qui erit. 31. minuta et tertia vnius minuti. Et ppter hoc declarat nobis q; medietas diametri vmbre subtenditur. 40. minutis ⁊ duabus tertijs minuti partis vnius: cum fuerit in longitudine lune magna. Cum enim fuerit longitudo centri lune a centro vmbre iste partes: erit centrũ lune contingens circulum vmbre; ppter hoc q; illud quod eclypsat de luna est medietas diametri eius. erit ergo medietas diametri vmbre dupla medietati diametri lune (que ẽ quindecẽ minuta ⁊ due tertie minuti) ⁊ tres ẋnte filis eius: excepta re parua: cuius nõ est magna quantitas. Cũ ergo inuenerimus has quantitates positas in ꝓsiderationibus alijs pluribus ⁊ istis similibus cõuenientes fere: operabimur per eas in eis que videntur ex eclypsibus. ⁊ operati sumus per eas in hoc loco in declaratione longitudinis solis: quã ipse secutus est Abzachis. ⁊ fuerunt circuli solis ⁊ lune ⁊ terre quos cõprehendit figura pinealis minores circulis suis magnis descriptis in spheris eoꝝ: ⁊ diametri eoꝝ minores diametris eorum.

¶ Capitulum decimum quintũ de scientia vmbre terre: ⁊ longitudinis solis: ⁊ eorum que declarantur cum eis propter longitudinem lune.



Postq; quod diximus fit notum: ⁊ lõgitudo lune magna cum fuerit in applicationibus erit. 64. partes ⁊. 10. minuta: fm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pare vna. qm iam ostensum est q; longitudo media est. 59. partes. ⁊ medietas diametri orbis reuolutionis est. 5. partes ⁊. 10. minuta: Tunc considerabimus quanta erit longitudo solis. ¶ Describã circulos orbiũ magnoꝝ in superficie spherarũ ipsorum: circulũ quidem orbis solis: supra quem sint. a. b. g. supra centrũ. d. ⁊ circulum quidem orbis lune in longitudine sua magna: supra quẽ sint. e. b. supra centrũ. r. et circulũ orbis terre: supra quẽ sint. k. l. m. supra centrũ. n. Sintq; superficies eoꝝ que sunt supra centra eorũ: superficies quidem continens terram ⁊ solem: supra quã sint. a. e. g. ⁊ cõtinẽs solem ⁊ lunã: supra quã sint. a. n. g. Sitq; axis cõis: supra quã sint. d. r. n. e. Et sint linee que trãseunt per loca ꝓtactus: linee ꝓtingẽtes: de quib' manifestũ est q; ipse erit in sensu eq̃les ⁊ equidistãtes diametri. linea quidẽ contingens circulũ orbis solis: supra quã sint. a. d. g ⁊ linea contingens circulũ orbis lune: supra quã sint. e. t. b. ⁊ linea contingens circulũ orbis terre: supra quam sint. k. n. m. ⁊ linea contingẽs circulũ vmbre: in quã cadit luna in longitudine sua magna: supra quam sint. q. f. c. Et fit linea. t. n. equalis linee. n. f. ⁊ vnaquaq; earũ fit 64. partes ⁊. 10. minuta: fm quantitatẽ qua erit linea. n. l. que est medietas diametri terre

pars vna. Oportet igitur vt inueniamus proportionē linee.n.d.que est longitudinis solis ad lineam.n.t.que est medietas diametri terre. Faciā igitur pertransire lineam.e.b.vsq; ad r. Et quia iam declarauimus:q; diameter lune in eis que narrauimus de longitudine eius magna in applicationibus.subtendit arcui orbis descripti super ipsas sup centrū terre:qui erit.31.minuta ⁊.20.secūda:fm quantitates qua erit circulus.360.partes:ergo erit angulus.e.n.b.31.minuta ⁊.20.secūda:fm quantitatē qua erunt q̄ttuor anguli recti.360.partes Et cuius medietas:que est angulus.t.n.b.erit.31.minuta ⁊.20.secūda:fm quātitatē qua erunt duo anguli recti.360.partes.Quapropter erit arcus qui est super lineā.t.b.31.minuta et.20.secūda:fm quantitatē qua erit circulus continens triangulum.n.b.t.orthogonium 360.partes.Et arcus qui est super lineā.t.n.residuum cōpleméti semicirculi erit.179.partes ⁊.28.minuta ⁊.40.secūda. Et chorde eorum erunt:chorda quidē.t.b.32.minuta ⁊.48.secunda:fm quantitatē qua erit diameter.n.b.120.partes.⁊ ppter hoc erit chorda.n.t.fere 120.partes.Cum autē fuerit linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta:erit linea.t.b.fm illā q̄ntitatem.17.minuta ⁊.33.secūda.⁊ fm illam quantitatē erit linea.n.m.que est medietas diametri terre pars vna.Sed quia pportio linee.f.c.ad lineā.t.b.est equalis pportioni duor ⁊ trium quintarū fere ad vnum:erit linea.f.c.fm illam q̄ntitatē.45.minuta ⁊.38.secūda. ergo erunt due linee.t.b.⁊.f.c.pars vna ⁊ tria minuta ⁊ vndecē secunda:fm quantitatē qua erit linea.m.n.pars vna.Sed ambe linee.f.c.⁊.t.r.sc̄z totū.fm illas quantitatē sunt due partes:quoniā ipse sunt equales duplo.m.n.Et quia oēs linee(quemadmodum primus) sunt equidistantes:⁊ lineā.f.n.equatur linee.n.t.remanet ergo vt sit linea.b.r.residua.56.minuta ⁊.49.secunda:fm quantitatē qua erit linea.n.m.pars vna.⁊ erit pportio.n.m.ad.b.r.sicut pportio.n.g.ad.g.b.que est sicut proportio.n.d.ad.t.d.fm quantitatē ergo qua erit lineā.n.d.pars vna:erit linea.t.d.56.minuta ⁊.49.secūda.⁊ linea.t.n.residua fm illam quantitatem erit tria minuta ⁊ vndecē secunda.ergo fm quantitatē qua erit linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta:⁊ linea.n.m.pars vna:erit linea.n.d.que est longitudo solis.1210.partes sere. Et sicut quia fm quantitatē qua erit linea.m.n.pars vna:fuit declaratū q; linea.f.c ⁊.45. minuta.⁊.38.secūda.⁊ q; sicut pportio linee.n.m.ad lineā.f.c.similiter proportio linee.n.o. ad lineam.o.f.ergo fm quantitatē qua erit linea.n.o.pars vna:erit linea.f.o.45.minuta et 38.secunda.⁊ linea.f.n.residua erit fm illam quantitatē.14.minuta ⁊.22.secūda.fm q̄ntitatem ergo qua erit linea.f.n.64.partes ⁊.10.minuta:⁊ linea.n.m.medietas diametri terre pars vna:erit linea.o.f.203.partes ⁊.50.minuta fere.⁊ tota linea.o.n.est.268.partes.Iam ergo aggregatum est nobis:vt cum fuerit medietas diametri terre pars vna: erit fm illam quantitatē longitudo lune quidē media in applicationibus.59.partes.⁊ longitudo solis 1210.partes.⁊ longitudo extremitatis vmbre a centro terre.268.partes.Et illud ē quod voluimus demonstrare.



Capitulū sextumdecimū de sciētia magnitudinis corpor solis ⁊ lune ⁊ terre.

Ex hoc leuior facta est nobis scientia magnitudinis corporum per id quod sciuimus de pportionibus diametri solis ⁊ lune ⁊ terre. Iam enim declaratum est nobis:q; fm quantitatem qua erit linea.n.m.que est medietas diametri terre pars vna:erit linea.t.b.que est medietas diametri lune.17.minuta ⁊.33.secūda:⁊ linea.n.t.64.partes ⁊.10.minuta.⁊ erit pportio.n.t.ad.t.b.sicut pportio n.d.ad.d.g:ergo fm illam quantitatē qua iam ostensum est q; linea n.d est.1210.partes erit.d g.que est medietas diametri solis quintuplus medietatis diametri terre ⁊ medietas eius fere.erunt ergo pportiones diametrorū existentes ille pportōes inuēte. Scōm quantitatem igitur qua erit diameter lune pars vna:erit diameter terre tres partes ⁊ due quinte fere.Et diameter solis decē ⁊ octo partes ⁊ q̄ttuor quinte partis. Diameter ergo terre erit in longitudine triplū diametri lune ⁊ due quinte eius.Et erit diameter solis decuplū ⁊ octuplū diametri lune ⁊ quattuor quinte eius fere.Erit q; diameter solis quintuplū diametri terre ⁊ medietas eius fere.Et sicut quia cubus qui erit ex multiplicatione vnius in se:deinde in se: non erit nisi vnus.fm quantitatem vnius.⁊ cubus qui erit ex multiplicatione tripli ⁊ duarum quintarū eius in se.⁊ postea in se:erit fm illam quantitatē trigintuplum nonuplum et quarta eius fere.⁊ cubus qui erit ex multiplicatione decupli ⁊ octupli ⁊ quattuor quintarū eius in se:deinde in se:erit sexies mille ⁊ sexcentuplū ⁊ quadragintuplū ⁊ quadruplus ⁊ medietas eius fere:Tunc iam aggregatum est nobis:vt fm quantitatē qua erit magnitudo corporis lune pars vna:erit magnitudo corporis terre trigintuplū ⁊ nonuplus ⁊ quarta eius fere.⁊ q; magnitudo corporis solis erit sexies mille ⁊ sexcentuplū ⁊ quadragintuplus ⁊ q̄druplum:⁊ medietas eius.⁊ est centuplum ⁊ septuagintuplum corporis terre fere.

¶ Capitulũ decimũ septimum de scientia diuisionis diuersitatis aspectus q̃ est solis ⁊ lune.

Iam autem oportet postq̃ fuit quod prediximus fm q̃ narrauimus: vt demonstremus etiam breuiter quõ accipiantur diuersitates aspectuũ particulariũ: ex quantitatibus longitudinũ solis ⁊ lune. Demõstrabimus autem primũ diuersitates: que videntur in orbe magno descripto sup eos ⁊ super punctũ sũmitatis capitũ. Lineabo igitur in superficie huius orbis magni: quẽ prediximus etiam orbem terre magnũ descriptũ: supra quem sint. a. b. ⁊ orbem quidẽ solis aut lune: supra quẽ sint. g. d. ⁊ orbem apud quẽ erit terra sicut punctũ: supra quem sint. e. r. b. t. ⁊ sit centrũ oium eorum cõe punctum. k. ⁊ diameter lineata supra punctum sũmitatis capitum sit. k. a. g. e. Cũ ergo separauerimus arcũ a puncto. g. qõ est sũmitas capitum: ad. d. ⁊ erit arcus. g. d. verbi gratia. 30. partes: fm quantitatẽ qua erit orbis. g. d. 360. partes. ⁊ ptraxerimus etiã duas lineas. k. d. b. ⁊. a. d. t. ⁊ produxerimus a pũcto. a. lineam equidistantẽ. k. b. que sit linea. a. r. ⁊ protraxerimus super eam ppendicularem. l. a. tunc quia lõgitudo nõ figitur fm vnam habitudinẽ in omni hora: que est ꝓpter vnũquodq̃ duorum luminarium. igitur ꝓpter hoc erit diuersitas diuersitatũ aspectuum: que est propter solẽ: paruissima omnino: ⁊ non sensibilis: quoniã longitudo cẽtri orbis centri egredientis solis ⁊ terre est parua: ⁊ lõgitudo ẽ magna. Diuersitas autem diuersitatũ aspectuũ lune erit sensibilis ⁊ manifesta. ꝓpter motũ lune in orbe reuolutionis: ⁊ motũ orbis reuolutionis in orbe cẽtri egredientis: propter hoc qõ demonstratur: q̃ id quod facit motum in vnaquaq̃ duorum longitudinũ diuersitatũ: non est paruum. Diuersitates autem aspectuũ solis declarabimus per proportionẽ lõgitudinis vnius tũ. p qõ volo intelligi proportionẽ. 1210. partium ad vnam. Diuersitates vo aspectuũ lune demõstrabimus in lõgitudinibus quattuor: vt sint in capitulis que futura sunt lectionis acceptionis. Assumam autem ex istis quattuor lõgitudinibus primũ duas longitudines orbis reuolutõis: cuꝰ fuerit in longiore lõgitudine orbis centri egredientis. Et ex istis duabus longitudinibus assumã primum longitudinẽ que peruenit ad longitudinẽ longiorem orbis reuolutionis: que facta fuit per illud cuius premisimus declarationẽ. 64. partes ⁊ decem minuta: fm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pars vna. Et longitudo secunda est que peruenit ad longitudinem propinquiorẽ orbis reuolutionis: que fuit. 53. partes ⁊. 50. minuta. Due vo reliqe longitudines sunt: cuꝰ sit orbis reuolutionis in lõgitudine propinquiore orbis centri egredientis. Et ex his duabus assumã etiam primũ longitudinem que peruenit ad longitudinem longiorẽ orbis reuolutionis: que fit ꝓpter id cuius iam premisimus declarationẽ. 43. partes ⁊. 53. minuta: fm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pars vna. Secũda vo lõgitudo est que peruenit ad longitudinẽ propinquiorem orbis reuolutionis. ⁊ fit. 33. partes ⁊. 33. minuta fm illam quantitatẽ. Et quia arcus g. d. positus est. 30. partes: erit angulus. g. k. d. 30. partes: fm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: erit. 60. partes. Quapropter erit arcus qui est super lineã. a. l. 60. partes: fm quantitatẽ qua erit circulus cõtinens triangulũ. a. k. l. orthogoniũ. 360. partes. Et arcus qui est super lineam. k. l. residuũ cõplementi semicirculi est. 120. partes. Chorde ergo eorũ: scz chorda. a. l. est. 60. partes: fm quantitatẽ qua erit diameter. a. k. 120. partes: ⁊ erit chorda. k. l. 103. partes ⁊. 55. minuta fm illam quantitatẽ. ergo fm quantitatẽ qua erit linea. a. k. pars vna: erit. a. l. 30. minuta: et linea. k. l. 52. minuta. Et sic erit quantitas linee. k. l. d. in longitudine quidem solis. 1210. partes. ⁊ in lõgitudinibus quidẽ lune fm terminũ quidem primũ. 64. partes ⁊. 10. minuta: ⁊ fm terminũ quidẽ secũm. 53. partes ⁊. 50. minuta. ⁊ fm terminũ quidẽ tertiũ. 43. partes ⁊. 53. minuta. ⁊ fm terminũ quidẽ quartũ. 33. ptes. ⁊. 33. minuta. Ergo remanet linea. l. d. reliqua: que est loco linee. a. d. nõ tamen diuersificat in hoc quin ipsa sit diuersa non equalis: que in lõgitudine quidem solis erit. 1209. partes ⁊ octo minuta. Et in longitudinibus quidem lune erit fm terminũ quidem primũ. 63. partes ⁊. 18. minuta. ⁊ fm terminũ secundum. 52. partes ⁊. 58. minuta. ⁊ fm terminum tertium. 43. partes ⁊ minutum vnum. ⁊ fm terminum quartũ. 32. partes ⁊. 41. minuta. Secundũ quantitatẽ ergo qua erit chorda. a. d 120. partes: erit linea. a. l. duo minuta ⁊. 59. secũda. Et vt non iteremus sermonẽ in oi hora cõmendabimus memorie longitudines fm ordines suos. Postea erit. 56. minuta ⁊. 52. secunda. deinde erit pars vna ⁊ septem minuta ⁊. 58. secunda. postea pars vna ⁊. 23. minuta ⁊. 41. secũda. postea pars vna ⁊. 50. minuta. Et arcus qui est sup eam primo erit duo minuta ⁊. 52. secũda. postea erit. 54. minuta ⁊. 18. secũda. postea erit pars vna ⁊. 4. minuta ⁊. 54 secũda. ⁊ postea pars vna ⁊. 20. minuta. postea vltimo erit pars vna ⁊. 45. minuta fere: fm quantitatem qua erit circulus continẽs triangulũ. d. l. a. orthogoniũ. 360. partes. ⁊ angulus a. d. b. qui est equalis angulo. r. a. t. erit fm quantitatẽ qua erunt duo anguli recti. 360. partes in principio duo minuta ⁊. 52. secũda. postea erit. 54. minuta ⁊. 18. secunda. postea erit



Quare fecit hic figuram

ad vt e8 ad ae
1209. 8 120 30 ft 2. 59
e8 ad ae
63. 18 120 30
52. 58 120 30
43. 1 120 30
32. 41 120 30

Cum voluerimus scire applicationes medias que videntur: in quocũq; annorũ quesitorũ fuerit illud Considerabimus quãtum sit inter primum annorũ Nabuch. ⁊ inter illum annum, ⁊ mittemus illum numerũ in tabulam primã: cuiuscũq; duarũ differentiarum primarum voluerimus. et videbimus in qua area annorũ viginti quinq; collectorũ reperiamus numerum illum: ⁊ in qua area etiam prime tabule differentie tertie: que est annorũ expansorũ. ⁊ quod opponetur illis duobus numeris in illis duabus areis in eis que sunt post eas ex tabula aggregabimꝰ. s. qõ in vnaquaq; tabula fuerit per se: ex eo qõ proprium est cuiusq; duorũ numerorũ. Et postea accipiemus in applicationibus quidem coniũctionis quod fuerit in differentia prima: ⁊ quod fuerit in differẽtia tertia. Et in impletionibus quidẽ oppositionũ accipiemus quod fuerit in differẽtia secunda ⁊ in differẽtia tertia: ⁊ aggregabimus ea. Fiet ergo aggregatum ex eo quod ẽ in tabula secunda tẽpus applicationis: que est a principio illius anni: sicut coniunctio. 24. dierũ et. 44. minutorũ: que sunt post medietatẽ diei iomi vigesimiquarti mensis thot. Qꝰ si essent dies. 34. ⁊. 44. minuta: esset illud post medium diem iomi quartimẽsis phemenot fm minuta equalia illis minutis. Per illud ro quod aggregat ex eis: que sunt in tabula tertia: sciemus partes longitudinis solis a longitudine lõgiore. Et per id quod aggregat ex eis q̃ sunt i tabula quarta sciemus partes diuersitatis lune a lõgiore lõgitudine. Et per id quod aggregatur ex eis que sunt in tabula quinta: sciemus partes vltime lõgitudinis septẽtrionis: que ẽ latitudinis. ¶ Et post illud (quẽadmodũ sequitur) si voluerimus assumere oibus tabulis: aut quibusdã earũ: ex eo quod aggregat ex eo quod est in differentia quarta: que est mensium. s. proprietati cuiusq; earũ: alleuiabitur illud nobis: cum nos breuiter conuerterimus vnum dierũ vel minuta diei (si que fuerint) ad horas equales. erit enim superfluitas eius quod aggregatur ex horis: fm hoc q̃ oes dies cum noctibus suis sunt equales. Et non accipiant tẽporales fm veritatẽ in oibus: verum accipiant dies cum noctibus suis diuersi. Diuersitas ro que est inter dies cum noctibus suis diuerse acceptos: equet per id cuius premissimꝰ narrationẽ. Et eius declaratio est: q̃ cum fuerit superfluitas tẽporis maior longitudine diuersa: minuemus eam ex eo quod aggregat ex longitudine equali. Et cum fuerit superfluitas tẽporis minor ea: addemus eam super longitudinẽ equalem ¶ Et post nostram acceptionem fm hunc modum tẽporis oppositionis aut coniunctionis que videntur fm cursũ medium: ⁊ quod in eo est ex diuersitatibus: que sunt in vnoquoq; duorũ luminariũ: alleuiabit acceptio tẽporis ⁊ loci: in quibus erit applicatio vera: et etiã acceptio transitus lune in latitudine: cum cõpauerimus vnam duarum diuersitatum alteri. Cum enim profunde perscrutati fuerimus in vnaquaq; earum: ⁊ inquisiuerimus trãsitũ verũ qui est solis ⁊ lune ⁊ latitudinis: per id quod inuenerimus ex augmento ⁊ diminutione in tẽpore duarum revolutionum. si inuenerimus eos in parte vna: aut in duabus partibus oppositis: tunc illud est tempus applicatiõis vere. Et si nõ inuenerimus eos ita: accipiemus grados lõgitudinis que ẽ inter eos: ⁊ addemus sup eas partem duodecimã earum: que est motus solis in illis partibus fere. et considerabimus in quot horis equalibus fecit luna cum diuersitate sua illas partes. Deinde accipiemus illas horas: tũc si fuerit verificatio lune minor verificatione solis: addemꝰ illud super tempus duarum revolutionũ. ⁊ si fuerit maior minuemus illud ex eo Et similiter accipiemus lõgitudinẽ q̃ est inter eos ex pribus: cũ pte duodecima earũ. Tũc si fuerit verificatio lune in tempore duarum revolutionum minor verificatõe solis: addemus illud super verificationes lune in tẽpore revolutionis. ⁊ si fuerit maior ea: minuemus illud ex ea. Inueniemus q̃ p illud locũ verificatiõis applicatõis ⁊ transitũ lune verũ in orbe occidui in lõgitudine ⁊ in latitudine fere. ¶ Et inuenitur etiam motus lune diuersus hore vnius: in hora applicationis fm hũc modum quem narrabo. Mittam numerum partium diuersitatis lune i horis quesita in tabulã superfluitatis diuersitatis lune: ⁊ accipiam ex superfluitatibus que ei opponũtur additiõis ⁊ diminutionis portionem diuersitatis vnius superfluitatum diuersitatis: ⁊ multiplicabimus eam in motum diuersitatis in medium hore vnius: qui ẽ. 32. minuta ⁊ ~~56~~ secũda. ⁊ qꝰ puenerit cõsiderabimus. Tũc si ceciderit numerus diuersitatis i superioribus areis: que sunt maioris additõis ⁊ diminutiõis: minuemus illud ex motu medio in lõgitudine hore vnius: que est. 32. minuta ⁊. 56. secũda. Et si ceciderit numerus diuersitatis in inferioribꝰ areis: addemus illud. Quod ergo cõprehẽditur: est motus lune in diuersitate in illa hora hore vnius equalis. Tempora autẽ que sunt in alexandria applicationum verarum ita est inuẽtio. Nõ enim inuentionis locorũ omniũ assumitur temporũ horarum eõtio nisi fm orbem meridici alexandrie. Et iam alleuiat inuẽtio temporũ applicationis (in quocũq; climate erit illud) ex tẽporibus alexandrie: cum fuerit numerus horarum a le

landrie equalium: ⁊ eius elōgatio ab orbe meridici notus. Et diuersitate nāq; que est inter loca: scietur quota pars sit diuersitas: que est inter orbem meridici loci quesiti: ⁊ inter orbem meridici alexandrie. Si ergo fuerit orbis meridici loci quesiti ab orbe meridici alexandrie orientalis: fm quantitatem illorum temporū tardabitur quod videtur ex consideratiōe applicationis. ⁊ si fuerit occidentalis: precedet fm quantitatem illorum temporū. Et manifestū est etiam: q; ex omnibus quindecim tēporibus erit hora equalis.

Nota q; g; orientalis retardabitur

¶ Capitulum decimum quintū de terminis eclypsium que sunt solis ⁊ lune.

Am cōsequitur quod diximus: vt addamus quo indigemus in terminis eclypsium ex eis que percurrit sol ⁊ luna. vt (etsi non reiteremus cōsideratiōē in orbis applicationibus habentibus reuolutiones: sed in applicationibus in quibus possibile ē accidere eclypses tm) fit cognitio nobis illius facilior per ea que opponūtur vnicuiq; applicationum habentium reuolutiones ex trāsitu lune in cursu suo medio in latitudine. In dictione autē que est ante istā: iam declarauimus: q; diameter lune subtendit arcui orbis magni descripti super lune longitudinē magnam ⁊ super centrum orbis signorū: qui est ptis vnius m. 31. minutorū: ⁊ 20. secundorū. qō quidē scimus per duas eclypses que fuerūt: ⁊ fuit luna super lōgitudinem longiorē orbis reuolutiōis sue. Nunc vō quia volumus inuentionē magnorū terminorum eclypticorū: ⁊ hi quidem termini non erunt: nisi cū luna fuerit in longitudine ppinquiore orbis reuolutiōis sue: Illud igitur demōstrabo etiam per duas eclypses: quarum fuit cōsideratio cuius fuit luna in lōgitudine ppinquiore orbis reuolutionis sue. qm decentius: planius ⁊ firmius quo demonstratur istud ⁊ eius simile: est qō videtur ⁊ apparet. Et demōstrabo hic quātitatem arcus: cui subtenditur diameter lune. Fuit nāq; eclypsis lune in anno septimo annorum philometoris: q̄ est annus quingētesimus ⁊ septuagesimus quartus annorū Nabuch. trāsactis vigintiseptem diebus mēsis phemenut: qui est ex mēsibus egypticorū. in nocte cuius mane fuit dies vigesimus octauus: a principio hore octaue vsq; ad finem hore decime. Et fuit plurimū eclypsis lune in alexādria: a parte septētrionis septem digiti. Et quia tēpus medium fuit post medietatem noctis duabus horis ⁊ medietate hore tēporalibus. que equate erunt due hore ⁊ tertia hore: qm̄ locus solis verus fuit in septima parte tauri. Fuitq; tempus quod fuit a primo annorū Nabuch. vsq; ad locum solis in tēpore medio huius eclypsis. 573. anni egyptij ⁊ ducēti ⁊ sex dies ⁊. 14. hore ⁊ tertia hore absolute equalis. que erūt fm equationē dierū cum noctibus suis. 14. hore tm̄. Et fuit in illa hora locus centri lune medius septem partes ⁊. 49. minuta scorpionis. verus autem sex partes ⁊. 16. minuta. Et fuit eius elōgatio a longitudine lōgiore in orbe reuolutionis. 160. partes ⁊. 40. minuta. Et fuit elōgatio eius ab vltima lōgitudine septētrionis in orbe suo declini. 98. partes ⁊. 20. minuta: Manifestum est igitur: q; cum fuerit longitudo centri lune ab vno duorum nodorum in orbe declini octo partes ⁊. 20. minuta: ⁊ fuerit etiam in lōgitudine sua ppinquiore: ⁊ fuerit centrum vmbre i orbe magno descripto super ipsum: super angulos rectos orbis declinis: ⁊ illud est trāsitus i quo erūt magne tenebre: cadet ex diametro in vmbrā medietas ⁊ pars duodecima. ¶ Et etiam in anno. 37. reuolutionis tertie reuolutionū philippi: qui est annus sercētesimus et septimus annorū Nabuch. duobus diebus trāsactis mēsis tobi: qui est ex mēsibus egyptiorum. in nocte cuius mane fuit dies tertius: in principio quinte hore ipsi in rhodo: incepit luna eclypsari. ⁊ fuit plurimū vmbre eius a parte meridici tres digiti. Et quia etiā hic fuit principium eclypsis ante medietatē noctis duabus horis tēporalibus. que fuerunt in rhodo et alexādria due hore equales ⁊ tertia hore. qm̄ locus solis fm veritatē fuit in quinq; partib̄: ⁊ octaua partis aquarij. ⁊ fuit tēpus medium: in quo fuit plurimū tenebre eius ante medietatem noctis hora vna equali ⁊ medietate ⁊ tertia hore fere. ⁊ aggregant̄ ex tpe loci solis in primo annorū Nabuch. vsq; ad hoc tēpus medium eclypsis. 606. anni egyptij ⁊. 121. dies et decē hore ⁊ sex minuta hore equalis absolute: ⁊ fm equationē dierū cum noctibus suis. Et fuit locus cētri lune per cursum medium in illa hora in quinq; partibus ⁊. 16. minutis leonis. fm verificationē vō in quinq; partibus ⁊ octo minutis. Et fuit eius lōgitudo a lōgitudine lōgiore orbis reuolutionis. 178. partes ⁊. 46. minuta. Et fuit eius elōgatio ab vltima lōgitudine septētrionis in orbe declinis 80. partes ⁊. 36. minuta. Ergo manifestum est hic: q; cum fuerit lōgitudo cētri lune ab vno duorum nodorum in orbe suo declini ⁊ in longitudine sua ppinquiore decem partes ⁊. 36. minuta: ⁊ fuerit centrum vmbre in loco sectiōis orbis signorum ⁊ orbis magni descripti super centrum lune super rectos angulos orbis lune declinis: erit quod cadet in vmbra ex diametro lune quarta eius. Sed cum fuerit lōgitudo cētri lune ab vno duorum nodorum in orbe suo declini octo partes ⁊ tertia partis: erit eius lōgitudo ab orbe signorum in orbe magno descripto super duos polos eius. 43. minuta ⁊ tria secunda partis vnius. Et cum fuerit lōgitudo cētri lune ab vno duorum nodorū in orbe suo

Tertia eclypsis

Quarta eclypsis

declinii decem partes ⁊ tres quinte partis: erit lōgitudo eius ab orbe signorū in orbe magno descripto super duos polos eius .54. minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti vnius partis. Et quia superfluitas que est inter duas eclypses continet tertiā diametri lune. ⁊ superfluitas que est inter duas lōgitudines cētri lune in orbe illo magno: ab illo puncto orbis signorum scz cētro vmbre: est vndecim minuta ⁊.47. secunda, tunc manifestum est: q̄ tota diameter lune subtēditur orbis magni descripti super minore lōgitudinem lune: ⁊ super cētrum orbis signorū arcui: qui erit. 35. minuta ⁊ tertia minuti partis vnius fere. Et quia lōgitudo centri lune fuit in eclypsi secunda (in qua eclypsata fuit quarta diametri eius) a centro quidē vmbre. 54. minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti: ⁊ a puncto quidem super quod secant se arcus ⁊ linea que aggregat duo cētra. quarta diametri lune: que est octo minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti: Ex hoc ergo demōstrat: q̄ oportet q̄ sit medietas diametri vmbre in lōgitudine lune minore. 46. minuta. ⁊ illud est quod non diuersificat: quin sit duplū medietatis diametri lune ⁊ tres quinte eius equalis. que est. 17. minuta ⁊ due tertie minuti. Medietas autem diametri solis similiter subtēditur arcui orbis magni descripti super ipsum ⁊ super centrum orbis signorū. qui erit. 15. minuta ⁊.40. secūda. Iam igitur ostensum est: q̄ cū sol ⁊ luna fuerint in applicationibus in lōgitudine magna: quisq; eorum numerabit ppria orbem suum duobus numeris equalibus. Cum ergo fuerit centri lune quod videtur lōgitudo a cētro solis in duabus partibus orbis signorū. 33. minuta ⁊.20. secunda: tunc possibile erit vt sit primum locus lune qui videtur: in cōtactu solis. Sicut si imaginemur arcum linee medij cinguli signorū: supra quem sint. a.b. ⁊ arcum orbis lune declinis: supra quem sint. d.g. et imaginemur eos equidistantes in sensu. et describam arcum supra quem sint. a.e.g. orbis magni descripti super duos polos orbis lune declinis: ad locū revolutionū lune in tēporibus eclypticis. Et imaginemur quidē supra punctū. a. medietatē circuli solis: ⁊ sup pūctū. e. medietatē circuli lune q̄ videt: donec sit principium cōtactus eorū sup pūctū. r. Et iā possibile ē vt sit tēs in quo erit arcus. a.e. q̄ est lōgitudo: q̄ ē inter cētrū solis qō videt sup punctū. a. hic. 33. minuta ⁊.20. secunda posita. In locis autē q̄ sunt a climate primo (vbi erit dies lōgior: qui est in eis tredecem horarū equalium) vsq; ad clima septimū. s. in locis: in quibus erit dies longior sexdecim horarum equalium: erit maior diuersitas aspectus lune in latitudine: cum fuerit in lōgitudine sua minore: in hora applicationum ad partem septētrionis: cum diuersitate aspectus solis octo minuta fere. Et si'r erit maior diuersitas aspectus eius ex parte meridiei. 58. minuta. Maior aūt diuersitas aspectus eius in lōgitudine: cum quidem fuerit illa octo minuta ad partē septētrionis: nō erit illud in leone ⁊ in geminis nisi. 30. minuta fere. et cum fuerit diuersitas aspectus eius ad partē meridiei. 58. minuta: nō erit illud in scorpione ⁊ in piscibus nisi quindecē minuta fere. Cum q̄ minos posuerimus centrum lune verum super punctū. d. et pduxerimus lineam. d.e. que ē totius diuersitatis aspectus: erit linea quidem. d.g. diuersitas aspectus in lōgitudine fere. ⁊ linea quidem. g.e. diuersitas aspectus in latitudine. Quapropter cum fuerit luna ex parte septētrionis a sole: ⁊ fuerit in maiore diuersitate aspectus sui ad partē meridiei: erit linea. d.g. 45. minuta. ⁊ erit linea. e.g. pars vna ex. 31. minuta ⁊.20. secūda fere. Et quia pportio arcū qui est inter nodum ⁊ inter punctū. g. ad arcum. g.a. in lōgitudine: que est inter duos terminos eclypticos: est sicut pportio vndecim ⁊ medij ad vnum: Licuiaf sciētia nobis illius ex eis quorū precessit declaratio in tali: qualis est orbis lune. Erit ergo hic arcus qui est a nodo ad punctum. g. 17. partes ⁊.26. minuta. ⁊ erit etiam cum. d.g. fm illam quātitatem. 17. partes et. 41. minuta. Et cum fuerit luna ex parte meridiei a sole: et fuerit in maiore diuersitate aspectus sui ad partem septētrionis: erit arcus. d.g. 30. minuta: ⁊ totus arcus. a.e.g. 41. minuta. et ppter hoc erit arcus quidem qui est inter nodū ad pūctū. g. septem partes ⁊.52. minuta. ⁊ erit totus cum arcu. g.d. fm illam quātitatē octo partes et. 22. minuta. Cū ergo fuerit lōgitudo centri lune verificati a quolibet duorum nodorum in orbe declin ad partem septētrionis. 17. partes ⁊.41. minuta: et ad partem meridiei octo partes ⁊.22. minuta: tunc possibile erit in locis habitabilibus vt sit principium eius q̄ videtur locus lune quo contingit solem. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Et etiam qm iam fuit ostensum: q̄ maior diuersitas solis est octo partes ⁊.23. minuta: ⁊ maior diuersitas lune in applicationibus ē quinq; partes ⁊ vnū minuti: possibile est vt sit lōgitudo lune a sole: in quibusdā temporibus in horis applicationū habentiū revolutiones: fm veritatē septem partes et. 24. minuta. In tempore vero in quo pertransit luna has partes: precedit sol partem tertiamdecimā earum fere. s. 34. minuta fere. Et in tēpore etiam in quo pertrāsit luna hec. 34. minuta: precedit etiam sol tertiamdecimā partē earum: que est tria minuta fere: quorū tertiedecime partis nō est quantitas magna. Ergo si nos aggregauerimus illud donec sint. 37. minuta: que sunt septem partū ⁊.24. minutorū primorū pars duodecima. et postea addiderimus illud sup partes diuersitatis solis que sunt due partes ⁊.23. minuta: fiet summa illius tres partes. Et est plurimum

quod erit ex diuersitate: que est inter reuolutiones applicationū mediarum in lōgitudine et latitudine: et inter verificatas fere. Cum ergo fuerit etiam lōgitudo que est inter centrum lune ab vno duorū nodorū per cursum suum mediū in orbe suo declini ad partes quidē septē trionis. 20. partes ⁊. 41. minuta: ⁊ ad partem meridiei vndecim partes ⁊. 22. minuta: tunc possibile erit in locis habitabilibus: vt sit primus locus lune quo videtur contingere solem. Et ppter hoc cū fuerit numerus qui est ab vltima lōgitudine septētrionis orbis lune declinis oppositus partibus applicationū reuolutionū. s. partibus que sunt a. 69. partibus ⁊. 19. minutis ad. 101. partes ⁊. 22. minuta: aut oppositus partibus que sunt a. 258. partibus ⁊. 38. minutis ad. 290. partes ⁊. 41. minuta. tūc nisi erit possibile vt contingāt in istis locis quos prediximus: ea que narrauimus ex contactu lune et solis. ¶ Et etiam propter terminos eclypticos lunares: quoniā iam ostensum est: q̄ medietas diametri lune in longitudine sua minore subtendit. 17. minutis ⁊. 40. secūdis. ⁊ q̄ medietas diametri vmbre in magnitudine est duplum ⁊ tres quinte medietatis diametri lune fere: ⁊ est. 45. minuta et 56. secunda. tūc manifestum est: q̄ cum fuerit longitudo cētri lune vera a centro vmbre in orbe quidem magno descripto super ipsum ⁊ super duos polos orbis eius declinis a duabus partibus orbis signorū pars vna ⁊ tria minuta ⁊. 36. secunda. ⁊ in orbe quidē declini: in quocūq; duorū nodorū fuerit: fm proportionē eius ad vndecim ⁊ medium: illud erit. 12. partes ⁊. 12. minuta fere. erit tunc possibile primū: vt contingat luna vmbram. Et ppter hoc per id quod iam ostensum est ex diuersitatibus: cum fuerit lōgitudo cētri lune que accipit per cursum suum mediū a duobus nodis in orbe suo declini. 15. partes ⁊. 12. minuta: tūc fit cadit luna etiam in numeris qui sunt ab vltima longitudine septētrionis: in eis que sūt inter. 74. partes ⁊. 48. minuta ad. 105. partes ⁊. 12. minuta: ⁊ in eis que sunt inter. 254. partes ⁊. 48. minuta ad. 285. partes ⁊ duodecim minuta: tunc erit possibile vt sit principiū contactus lune ⁊ vmbre. Affirmauimus igitur in his tabulis (que sunt applicationū) numeros partium terminorū solarium ⁊ lunariū qui accidunt lune: vt ponamus cognitionē eius quod possibile est cadere in eclypsim preparatam.

¶ Capitulum sextum de longitudine que est inter menses eclypticos.

Quā bonum est ⁊ vtile: vt addamus eis que iam prediximus: in quot mēsibus fm maius fit possibile: vt sint applicationes eclyptice. quatinus cum nos assumpserimus secum vnū applicationis eclyptice: non accipiamus etiam oēs applicationes. que se adinuicem sequuntur: sed accipiamus applicationes in quibus possibile est esse eclypsim in tot aut tot mensibus. ⁊ accipiamus illud ad inquisitionem terminorum. ¶ Q̄ autem possibile sit vt eclypsentur sol ⁊ luna in omnibus sex mensibus: ex hoc declaratur. Aggregatur nāq; vt cursus lune quidem medius in latitudine fit in sex mēsibus. 184. partes ⁊ minutum vnum ⁊. 25. secunda. Arcus vō qui erūt in his q̄ sunt inter terminos eclypticos in sole ⁊ luna: illi quidem qui erunt in portionibus minoribus semicirculo: non continebunt partes. nisi pauciores suis ptibus. ⁊ arcus q̄dem q̄ erunt in portōibus maioribꝰ semicirculo: continēt ptes suis partibus plures. Termini enim solis secant (in quocūq; duorum nodorū fuerint) orbis lune declinis: a parte quidem septētrionis partes. que iam affirmate sunt esse. 20. partes ⁊. 41. minuta. ⁊ a parte quidem meridiei 11. partes ⁊. 22. minuta. Arcus autē qui est a parte septētrionis: in quo non erit eclypsis: ē 138. ptes ⁊. 38. minuta. ⁊ arcus q̄ est a pte meridiei. in quo nō erit eclypsis. 157. ptes ⁊. 16. m̄. Arcus vō lunares secāt ī ambabꝰ ptibꝰ orbis signorū: ī illo orbe ab vno duorū nodorū. 15. pꝰ ⁊. 12. m̄. Et colligit vt sit quisq; duorū arcuū. in quibꝰ non erit eclypsis. 149. pꝰ ⁊. 36. m̄.

Et ex istis modis possibile erit. vt sit eclypsis lunaris in maiori duūq; mēsibus. s. cum fuerit sol in cursu suo maiore: ⁊ luna in suo cursu minore. Et ita declarabitur nobis illud. In quinq; enim mensibus medijs inuenimus cursum quidem cuiusq; duorum luminarium in longitudine superfluere: in cursu medio solis. 145. partes ⁊. 32. minuta. ⁊ in luna quidem in diuersitate sua in orbe reuolutionis. 129. partes ⁊ quinq; minuta. Sed. 145. partes ⁊. 32. minuta. que sunt solis: non erunt nisi in cursu eius magno: qui erit a duabus partibus longitudinis propinquioris: que addunt sup medium. 4. ptes ⁊. 38. minuta. Et erunt ptes orbis reuolutiōis lune. 129. partes ⁊ quinq; minuta in cursu lune minore ab vtraq; parte longitudinis lōgioris: que minuunt ex cursu medio octo partes ⁊. 40. minuta. In tēpore ergo medio quod est quinq; mensium: cum fuerit sol quidem in maiore cursu suo: ⁊ luna in minore cursu suo: luna erit precedens solē partibus aggregatis ex ambabus diuersitatibus. s. 13. partibus ⁊. 18. minutis. Et illud est q̄ cū ex eo accepimus partem duodecimā: ppter illud cuius iam pcessit declaratio erit pars vna et fer minuta fere. Et illud est quod eucurrit sol ad hoc vt consequeret eum luna. Et quia sol superfluit quattuor partibus ⁊. 38. minutis ex ppietate diuersitatis sue: ⁊ ex cōsecutione





sua ad applicationē veram superfluit parte vna ⁊ sex minutis. erit hora quinq; mensiū ma
gnorum addens super mediū in lōgitudine quinq; partes ⁊.44.minuta. Et fit superfluit lu
na fere per cursum suum in latitudine in orbe suo declini: super illud quod aggregatur ex
portionibus latitudinalibus. que sunt quinq; mensiū medior: que sunt. 153. partes ⁊.21
minuta fere. Erit ergo qō aggregat ex cursu vero qui videtur in latitudine in quinq; mēsi
bus magnis. 159. partes ⁊.5. minuta. ¶ Termini vō eclyptici. qui sunt ab vtraq; parte or
bis signor: in lōgitudine lune media: continēt ex partibus in orbe quidez magno descripto
super duos polos orbis lune declinis parte vnam fere. qm̄ partes que sunt lōgitudinis mi
norū: erunt pars vna ⁊ tria minuta ⁊.36. secūda. ⁊ que sunt lōgitudinis maiorū. erūt. 56
minuta ⁊.24. secūda. in orbe vō declini a duobus nodis videlicet partes ⁊.30. minuta. Quia
propter aggregat: vt fit arcus qui est inter eos: qui non eclypsant. 157. partes tm̄. que sunt
minores eis quas secāt quinq; mēses maiores ex orbe declini. s. 159. partibus ⁊ quinq; mi
nutis: sm̄ duas partes ⁊.5. minuta. Manifestū est igitur ex eis que prediximus: q; possibi
le est vt eclypsetur luna in quinq; mēsibus magnis: in oppositione prima ⁊ separatiōe sua
a quocūq; duor nodorum fuerit. ⁊ eclypsetur in oppositione postrema etiam in cursu suo
ad nodum oppositū illi nodo. ⁊ vt sint tenebre in ambabus eclypsibus. ab eisdem partibus
orbis signor. ⁊ vt nunq; sint ecōtrario illius. Et ita declarabitur nobis: q; possibile ē: vt sint
in quinq; mensibus magnis due eclypses lunares.

Sōm̄ fil'itudinē vō iam narrati declarabit nobis: q; non est possibile vt fit illud in
septē mensib⁹: q̄ruis ponam⁹ eos septē mēses minores: in quib⁹ erit sol in cursu
medi⁹ in lōgitudine (q̄ est cuiusq; duor luminariū) secans. 203. ptes ⁊.45. m̄. ⁊ cur
sus lune in orbe revolutionis. 180. ptes ⁊.43. m̄. Parū vō priū. 203. ptes ⁊.45. m̄. cū fuerit
sol in cursu suo minore ab vtraq; pte lōgitud⁹ lōgiorū: minuent ex motu medio q̄tuor ptes
et.42. m̄. ⁊.180. ptes ⁊.43. q̄dē minuta: q̄ sunt orbis revolutionis lune: cū fuerit luna in cur
su suo maiore ab vtraq; parte lōgitudinis ppinquiorū addent sup cursum medium nouē
partes ⁊.58. minuta. In tēpore ergo septem mēsium minor: cum fuerit sol in cursu suo mi
nore: ⁊ luna in cursu suo maiore: erit luna iam pertransiēs solem sm̄ id quod aggregat ex
partibus ambarum diversitatum: qō est. 14. partes ⁊.40. minuta. Quapropter cum accepe
rimus partem duodecimā earum: ⁊ addiderimus ipsam sup quattuor partes ⁊.42. minuta
(que est quidez diversitas solis) erit quod aggregabitur ex eo quinq; partes ⁊.55. minuta
fere. ⁊ illud est quod minuit cursus in lōgitudine: in septem mēsibus minoribus a medio. ⁊
est etiam quod minuit cursus in latitudine ab eo quod aggregat ex partibus septem mēsiū
medior: que sunt. 214. partes ⁊.42. minuta. In septez ergo mēsibus minoribus erit illud
quod superfluit luna in latitudine in orbe suo declini. 208. partes ⁊.47. minuta. Erit ergo to
tus arcus magnus: qui est inter terminos eclypticos in lōgitudine lune media orbis decli
nis: q̄ est apud vnū duor nodor. s. illum ad quē vadit: ⁊ illū nodum a quo recedit opposito
illi. 203. ptes m̄. Jā q̄ manifestū ē: q; nō erit possibile: q; cū eclypsabit luna in septē mēsib⁹
minoribus in oppone prima quocūq; modo fuerit: vt eclypsetur in oppositiōe postrema.

Ostendā igitur etiam: q; iam possibile est apud illud quod ē illius simile quod di
cimus: vt eclypsek sol duabus vicibus in quinq; mēsib⁹ magnis in oibus plagis
habitabilibus. Nos enim iā ostēdimus: q; in quinq; mēsibus magnis erit cursus
lune in latitudine. 159. partes ⁊.5. minuta. ⁊ erit arcus qui est super solē: in quo
non erit eclypsis in longitudine lune media sm̄ illam quātitatem. 167. partes ⁊.36. minu
ta. qm̄ elōgatio terminor: eclypticor: ab orbe signorūm in orbe descripto super duos polos
eius erit. 32. minuta ⁊.20. secūda. ⁊ in orbe quidem lune declini sex partes ⁊.12. minuta.
Manifestum igitur est: q; cum non fuerit lune diversitas aspectus: non erit possibile vt fit
illud: ppter hoc q; arcus in quo non erit eclypsis: erit maiorū longitudinis arcu cursus lu
ne in quinq; mēsibus magnis: in orbe quidem lune declini cum octo partibus ⁊.31. minu
tis. ⁊ in orbe quidē q̄ est super rectū angulū orbis signor. 45. minutis fere. Ubi vō erit pos
sibile: vt fit diversitas aspectus in vna duarum coniunctionū extremarū: aut in ambabus si
mul addens in latitudine sup. 45. minuta: tūc ergo erit possibile vt sint ambe coniūctiones
extreme eclyptice. Manifestum igitur iam est: q; in tēpore medio quinq; mensiū cum fue
rit luna in cursu suo minore: ⁊ sol in cursu suo maiore. a duabus tertijs virginis ad duas
tertias aquarij: luna precedet solē etiā partibus ambarū diversitatū. que sunt. 13. partes: et
18. minuta. Duas vō partes ⁊ partem duodecimā earūm percurrit luna per cursum suū me
dium in die ⁊ duabus horis ⁊ quarta hore. Manifestum est igitur: q; quia fuit tēpus me
dium quinq; mensium. 147. dies ⁊.15. hore ⁊ medietas ⁊ q̄rta hore fere: erit tēpus maius
quinq; mensiū. 148. dies ⁊.18. hore. Et ppter hoc cum fuerit coniūctio prima in duab⁹ ter
tis virginis: erit diuinctio postrema in duabus tertijs aquarij ante dies hor dies sex horis.
Inquirimus ergo vbi ⁊ qm̄ erit possibile ē vt fit diversitas aspectus lune in vno hor duorū

signorum: aut in ambobus super stationem loci aquarij ⁊ ante locum virginis sex horis et 45.minutis. Non enim (quemadmodũ diximus) reperitur diuersitas aspectus lune a parte septẽtrionis in aliquo locorũ habitabiliũ maior his.45.minutis. Et ex hꝭ non est possibile vt eclypsek sol bis in quinq; mẽsibus magnis in cursu lune a parte meridiei orbis signorũ.s. cum fuerit luna elõgata in coniũctione prima a nodo caude: ⁊ appropinquerit in coniũctione postrema nodo capitis. Iam aũt possibile est vt eclypsetur sol ad partem meridici apud eos qui habitãt post orbem equationis diei ad septẽtrionẽ fm hãc quãtitatem in ambobꝰ bis signis: ⁊ ante hunc locũ sex horis. cum fuerint due tertie virginis. in coniũctione p̃ma i descensione occasus: ⁊ due tertie aquarij in coniũctione secũda in orbe meridiei. Nos enim iam inuenimus lune in his locis in lõgitudine media diuersificarij aspectum ad partẽ meridiei. ⁊ erit diuersitas aspectus solis ⁊ lune sub orbe quidẽ equationis diei in loco virginis 22.minuta fere. ⁊ in loco aquarij. 14. minuta. ⁊ vbi erit lõgitudo diei lõgioris. 12. hore et medietas hore: in loco virginis. 27.minuta: ⁊ in loco aq̃rij. 22.minuta: donec sit superfluitas duarũ diuersitatũ aspectus sup hec.45.m̃.4.m̃. Et cũ fuerit diuersitas aspectus in locis septẽtrionalibus maior semp diuersitate aspectus in locis meridianis: erit plus firmus semp. Manifestũ est igitur: q; est possibile vt videat eclypsim solis in illis locis habitãtes duabꝰ vicibus in quinq; mẽsibus magnis. Illud vo nõ erit nisi in cursu lune in parte septẽtrionis ab orbe signorũ tm̃.s. cum fuerit in eclypsi prima recedens a nodo capitis: ⁊ in eclypsi secunda accedens ad nodum caude.

Et dico etiam q; iam possibile est vt eclypsetur sol duabus vicibus apud illos in septem mẽsibus paruis. qm̃ iam declarauimus q; in septem mẽsibus paruis erit cursus lune in latitudine. 208.partes ⁊.47.minuta. Et erit arcus quẽ pertrãsiuit luna. qui est inter terminos eclypticos orbis declinis: maior arcu qui est a loco q̃ appropinquat vni duorũ nodorũ ad locũ qui opponitur ei: ⁊ a quo recedit ⁊ accedit ad nodum alterum. Et colligitur vt sit hec lõgitudo in sole in longitudine lune media. 192.partes ⁊.24.minuta. Igit manifestũ est etiam q; cum non erit lune diuersitas aspectus: nõ erit possibile vt fit quod diximus. qm̃ arcus orbis declinis: qui est septem mensium paruorum: erit maior arcu magno: quẽ pertrãsiuit luna ex terminis solis eclypticis in orbe q̃dẽ declini 16.partibus ⁊.23.minutis. ⁊ in orbe descripto super duos polos orbis signorũ parte vna ⁊ 25.minutis. Ubi vo est possibile aspectum diuersificari: donec diuersitates aspectuum que sunt cuiuscũq; coniunctionum verarum: aut ambarum simul: sint diuersitates aspectuũ addentes sup partem vnã ⁊ 25. minuta. tũc ergo erit possibile. vt sint due coniũctiones extremẽ eclyptice. Et quia iam declarauimus: q; in tẽpore septem mensiũ mediorũ: cum fuerit luna in cursu suo maiore: ⁊ fuerit sol in cursu suo minore a postremis aquarij ad mediũ virginis: erit luna pteriẽs iam solem 14 partibus ⁊.40.minutis. ⁊ has partes ⁊ partem earum duodecimã pcurrit luna per cursum suum medium in die vna ⁊ in quinq; horis: Tunc manifestum est (quia tempus septem mensiũ mediorũ continet. 206.dies ⁊.17. horas fere) q; tempus septem mensium paruorũ erit. 205.dies ⁊.12.hore. Quapropter erit tẽpus coniunctionis postreme (que est in medio virginis) post duodecẽ horas tẽporis coniũctionis prime. que est in postremo aquarij. Inquirimus ergo vbi ⁊ qm̃ erit possibile: vt sit diuersitas aspectus lune maior parte vna ⁊.25.minutis: aut in vno horum duorũ signorũ: aut in ambobus: fm prolongationẽ duodecẽ horarũ a duobꝰ locis. s. cũ fuerit vnũ eorũ occidẽs: ⁊ alterũ eorũ oriens: ꝓpter hoc q; nõ aliter est possibile: vt sint ambe eclypses super terrã a pte quidem septẽtrionis. non enim reperitur lune diuersitas aspectus fm hãc quantitatem in aliquo locorũ habitabiliũ. ⁊ neq; habitãtibus sub orbe equationis diei. erit diuersitas aspectus lune in parte latitudinis in longitudine sua media maior viginti tribus minutis. Et hꝭ ergo nõ est possibile. vt eclypsetur sol duabus vicibus in septẽ mensibus paruis p cursum lune in parte meridiei ab orbe signorũ.s. cum fuerit in coniũctione quidem prima appropinquãs nodo capitis: ⁊ in coniũctione postrema recedens a nodo caude. Iam autem inuenimus q; diuersitas aspectus huius erit ad partem meridici a linea equidistãte descripta super rhodum. cum fuerit postremũ aquarij oriens. ⁊ medium virginis occidẽs. Tunc nãq; aspectus diuersificat in rhodo ⁊ in locis que sunt sub linea equidistãte: descripta sup rhodum in vnoquoq; horũ duorũ locorũ in lõgitudine media diuersitatis aspectus solaris fm diminutionẽ. 46.minuta fere a parte meridici: donec erunt diuersitates aspectuum q̃ sunt duarum coniunctionũ simul maius pte vna ⁊.25.minutis. ⁊ erit diuersitas aspectus que est ad partem meridiei maior in locis qui magis intrãt in septẽtrionẽ a linea rhodi. Manifestum est igitur: q; possibile est. vt videant qui sunt in his locis habitabilib⁹ in septẽ mẽsibus parnis eclypsim solis duabus vicibus. Veritamen illud etiam non erit. nisi cũ fuerit cursus lune in parte septẽtrionis ab orbe signorũ tm̃.s. cum fuerit in eclypsi quidem prima appropinquãs nodo caude: ⁊ in eclypsi secunda recedens a nodo capitis.

Ordo sibi diminuendo diuersitate aspectus plene

Restat autem vt ostendamus etiam. q̃ in vno mense non est possibile: vt sol eclyp-
setur bis in locis habitabilibus: neq; in climate vno: neq; in climatibus diuer-
sis. Si enim aliquis aggregauerit causas eclypsium oēs simul: quarū est impossi-
bilis cōiūctio ⁊ conueniencia: sed est forte possibile. vt fm voluntatē suā imaginet
eas. si ipse posuerit has causas possibiles: nō erit possibile illud. Per quod volo itelligi. q̃
ipse posuerit lunā q̃dē in lōgitudine sua minore: vt sit diuersitas aspectꝰ eius maior. ⁊ posue
rit mēsem minorem: vt sit fm quātitatem qua possibile est. vt sit mensis minor. erit cursus
lune in latitudine mensis. maior cursu solis quez continet termini solis eclyptici: q̃uis ima
ginemur eam non alteratam in locis neq; in signis: in quibus videntur maiores diuersitates
aspectuū lune. Et quia in mense medio supfluit quodq; duoꝝ luminariū per cursum suum
medium in longitudine. 29. partes ⁊. 6. minuta. ⁊ cursus lune in orbe reuolutionis supfluit
25. partes ⁊. 49. minuta. Sed. 29. quidē partes ⁊. 6. minuta. que sunt solis in cursu eiꝰ mi
nore a duabus partibus lōgitudinis longioris: minuit ex cursu eius medio partem vnaz ⁊
octo minuta. ⁊. 25. quidem partes ⁊. 49. minuta: que sunt orbis reuolutionis lune in cursu
eius maiore a duabus partibus longitudinis ꝓpinquioris: addunt super cursum eius me
dium duas partes ⁊. 28. minuta: Tunc si nos ꝛsequēter fm illud cuius precessit declaratio
aggregauerimus additiones ⁊ diminutiones. que sunt duaꝝ diuersitatum simul: que sunt
tres partes ⁊. 36. minuta. ⁊ postea accepimus partē earuz duodecimā. que est. 18. minuta:
⁊ addiderimus eam sup illud quod pueniet ex diminutione solis: fiet illud pars vna ⁊. 26.
minuta. ⁊ fm illud erit cursus mensis minoris minor cursu mēsis medij in longitudine ⁊ la
titudine. Et quia cursus lune in mēse medio in latitudine erit. 30. partes ⁊. 40. minuta: erit
cursus eius medius in mense minore. 29. partes ⁊. 14. minuta. que faciunt latitudinem in
orbe magno: qui est in orbe signoꝝ sup rectum angulus: duas partes ⁊. 33. minuta fere. Ag
gregatur vo vt fit totus trāsitus terminoꝝ solis eclypticoꝝ: cum fuerit luna in longitudine
sua minore pars vna ⁊ sex minuta: donec fit cursus mēsis minoris. maior parte vna ⁊. 27.
minutis. Oportet ergo penitus (si sol eclypsatus fuerit in mense vno duabꝰ vicibus) vt aut
non sit lune diuersitas aspectus in vna duarum coniunctionū: ⁊ sit diuersitas aspectus eius
in coniunctione postrema. maior parte vna ⁊. 27. minutis. aut sit in vnaquaq; duarū con-
iunctionum diuersitas aspectus lune ad partem vnam: ⁊ sit supfluitas diuersitatū aspectuū
maior parte vna ⁊. 27. minutis. aut vt sit diuersitas duoꝝ aspectuuz simul maior hac quan
titate: ita vt sit diuersitas. que est vnius duarum coniunctionū ad partem septētrionis: ⁊ sit
alia ad partē meridiei. Sed neq; alicubi terrarū in applicatōibꝰ: neq; in lōgitudine minore
diuersificat aspectus lune in latitudine plus diuersitate aspectus solis: que ē pars vna. Nō
est ergo possibile in mense minore. vt eclypsetur sol bis: cum fuerit luna aut in vna duaruz
coniunctionum: ita vt non sit ei diuersitas. aut sit diuersitas eius in coniunctionibus duabꝰ ad
partem vnam: ⁊ non sit eius supfluitas plus parte vna. Oportet ergo vt dicamus partem
vnam ⁊. 27. minuta. Non enim est possibile vt sit illud nisi cum fuerit queq; duarū diuer
sitatum duoꝝ aspectuum in oppositione alterius. ⁊ fuerit quod aggregat ex vnaquaq; dua
rum diuersitatum maius parte vna ⁊. 27. minutis tri. Et neq; est possibile vt sit illud nisi in
duobus locis habitabilibꝰ diuersis oppositis: ꝓpter hō q̃ possibile est. vt sit diuersitas aspe
ctus lune apud illos quidem qui sunt in parte septētrionis ab orbe equationis diei a loco
habitabili: qui sequit nos ad partem meridiei. ⁊ apud illos qui sunt in parte meridiei ab eq̃
tione diei ab eis qui nominātur oppositi nostre terre: erit diuersitas aspectus lune ad partez
septētrionis. post diuersitatē aspectus solis a. 25. minutis vsq; ad partem vnā. In loco aūt
vno habitabili non erit illud semp. qm lune augetur diuersitas aspectus. ⁊ similiter apud
illos qui sunt sub equatione diei. erit diuersitas aspectus lune ad septētrionē ⁊ ad meridiē
cum eo quod non est maius. 25. minutis. sed apud illos qui declināt ab eis ad septentrionē
⁊ ad meridiē erit diuersitas aspectus lune. q̃ sunt ecōtrario illoꝝ absq; maiore hac vna par
te: donec erit quod aggregat ex duabus diuersitatibus aspectus lune simul minus parte et
27. minutis. ⁊ erit minus illo minore valde: apud illos qui sunt inter equationē diei: ⁊ iter
vnā duarum extremitatum longitudinis vltime. que erit semp cuiusq; duarum diuersitatū
aspectus duoꝝ contrarioꝝ. ⁊ erit ꝓhibitio possibilitatis apud eos etiam maior. Non est q̃
possibile apud illos in vno loco vt eclypset sol in mēse vno duabꝰ vicibus: neq; in aliquo
locoꝝ terre. Apud illos vo in duobus locis oppositis diuersis iam est possibile illud. sed tri
non est possibile. vt sint terre vnius habitabilis. Et illud est qō oportuit nos demōstrare.

Capitulū septimū De artificio lineationis tabularū eclypticarum.

Quas vo lōgitudinū applicationum conueniat nobis assumere in inquisitione eclypsium: iam est declaratuz per illud quod diximus. Sed qualiter iam cognita fiāt tēpora media q̃ sunt applicationū: ⁊ acceptus fuerit cursus lune in eis. in applicationi-
bus quidē coniunctionalibus. que videntur: ⁊ in applicationibus oppos

tis verificatis cum sciēria loci lune in latitudine. ⁊ qualiter possimus inquirere de eo breuiter: ⁊ de applicationibus eclypticis que pculdubio erunt. ⁊ qualiter sciant earū magnitudines: ⁊ tēpora tenebrarum earum: Iam posuimus ad cognoscendū illud tabulas: eclypsium quidem solarium tabulas duas: ⁊ eclypsium lunarium tabulas duas. Et posuimus illud cum fuerit luna in longitudine sua maiore: ⁊ in lōgitudine sua minore. Et posuimus super fluitatem additionū tenebrarum fm partem ⁊ partem duodecimā diametri que obscurat cuiusq; duorū luminarium. ¶ Primā vō tabulā (que est eclypsium solariū: continētem terminos eclypticos qui erunt cum fuerit luna in lōgitudine sua maiore) describā fm viginti quinq; areas: ⁊ fm quattuor tabulas. Et erunt due prime tabule harū quattuor continētes cursum lune qui videtur in latitudine in orbe declini in vnaquāq; tenebrarū. Et quia diameter quidem solis est. 31. minuta ⁊. 20. secunda. et de diametro quidē lune iam ostensum est: q; cū fuerit in lōgitudine sua maiore: erit fm illā quātitatē. 31. minuta ⁊. 20. secūda: Propter hoc cum fuerit lōgitudo cētri lune que videtur: a centro quidem solis in orbe magno descripto sup duo cētra. 31. minuta ⁊. 20. secunda: ⁊ a nodo quidē in orbe suo declini (fm proportionē cuius iam premisimus narrationē) fer partes: erit tūc primū q; cōtinget luna solem. In areis vō primis duarum tabularu ponā: in prima quidem. 84. partes: et in secunda. 276. partes. Sed in postremis areis in tabula quidem prima etiam. 96. partes: ⁊ in secunda etiam. 264. partes. Et quia postio vnius partis duodecime diametri solis decies decimis est. 30. minuta partis vnius fere: posuimus hic. 30. minuta ipsam superfluitatem que additur ⁊ minuitur in his duabus tabulis. Et incipiam in eis ab extremis areis vsq; ad mediū earum. ⁊ firmabo in medio earum. 90. partes: ⁊. 270. partes. Et ponam in tabula tertia magnitudinē quantitatum tenebrarū. In areis quidē que sunt in extremitatibus: ponā contactum cifre ⁊ cifre. ⁊ in eis quidē areis que sequūt post eas digitū vnū in loco vnius partis duodecime diametri. ⁊ fili in areis que residue sunt. Et ponā additiones earum fm digitum vnum: donec perueniat ad aream mediam: que est ad quam peuenit numerus. 12. digitorū. Et ponam in tabula quārta trāsitus centri lune qui erunt in totis tenebris: ita q; non computabunt cum eis que accidunt illi ex motibus solis: aut que accidūt ex diuersitatibus aspectus lune. ¶ Et ponā in differentia secunda (que est eclypsium solarium continente terminos eclypticos qui erunt in longitudine lune minore) sicut qō est in differentia pma. sed illud in viginti septem areis: ⁊ quattuor tabulis. Et quia iam ostensum est: q; medietas diametri lune in longitudine sua minore est. 17. minuta ⁊. 40. secunda: fm quantitatem qua erit medietas diametri solis. 15. minuta ⁊. 40. secunda: Tūc cum luna primum contigerit solem: erit longitudo cētri lune que videt: a cētro quidē solis. 33. minuta ⁊. 20. secunda partis vnius. ⁊ ab vno duorum nodorū in orbe declini fer partes ⁊. 24. minuta. Erūt ergo numeri latitudinis que videtur in areis que sunt in extremitatibus: qui sunt 83. partes ⁊. 36. minuta: ⁊. 276. partes ⁊. 24. minuta. ⁊ etiam. 96. partes ⁊. 24. minuta: et 263. partes ⁊. 36. minuta. Numerus autem qui est in medio digitorū (ppter superfluitatem additionum similem) est. 12. digiti: ⁊ quattuor quinte digiti vnius. ⁊ tunc erit trāsitus more. ¶ Ponā autem vnamquāq; duarum differentiarū eclypsium lunarium in quadragintaquinq; areis: ⁊ in quinq; tabulis. Et ponā in differentia prima numeros latitudinis: cū fuerit luna in longitudine sua maiore. Et quia iam ostensum est q; medietas diametri lune cum fuerit in longitudine sua maiore erit. 15. minuta ⁊. 40. secūda. ⁊ medietas diametri vmbre fm illā quātitatem. 40. minuta. ⁊. 44. secūda. ergo cū primū tanget luna vmbrā: erit longitudo centri eius a centro vmbre in orbe magno descripto super duo centra. 56. minuta ⁊. 24. secūda. ⁊ a duobus quidē nodis i orbe declini decē partes ⁊. 48. minuta. Firmabimus igit super areas primas numerū. 79. partiū ⁊. 12. minutorū: ⁊ numerum. 280. partiū ⁊. 48. minutorū. Et super areas quidē postremas numerum. 100. partiū ⁊. 48. minutorum ⁊ numerum. 259. partiū ⁊. 12. minutorū. Et ppter hoc fit superfluitas additionū earū ⁊ diminutionū in principio fm portionē que debetur vni parti duodecime diametri lune: que erit tūc. 30. minuta. ¶ Et ponā in differentia secūda numeros latitudinis: cum fuerit luna in lōgitudine sua minore de qua iam ostensum est q; medietas diametri lune (cum fuerit in longitudine sua minore) erit. 17. minuta ⁊. 40. secūda. ⁊ medietas diametri vmbre erit fm illā quātitatē. 45. minuta ⁊. 56. secūda. Quapp cum primum luna contingerit vmbrā: erit tunc longitudo centri eius a centro quidē vmbre pars vna ⁊ tria minuta ⁊. 36. secūda. ⁊ a nodo quidē in orbe declini. 12. partes. ⁊. 12. minuta. Quapp firmabimus super primas areas numerū. 77. partium ⁊. 48. minutorū: ⁊ numerū. 282. partiū ⁊. 12. minutorū. Et sup postremas areas numerū. 102. partium ⁊. 12. minutorū: ⁊. 257. partiū ⁊. 48. minutorū. Et ponā superfluitatem additionū earum ⁊ diminutionū fm portionē que conuenit vni parti duodecime diametri lune. que tūc ē. 34. minuta. Et ponam tabulas tres (que sunt digitorū) fm similitudinē modi solaris. Et similiter tabulas que sequūt illō: cōtinentes trāsitus lune in vnaquāq; tenebrarum: ⁊ trāsitus cuiusq; principiorum casus ⁊ cōpleimēti eius: ⁊ etiam medietatem more

Et imaginabimur in vnaquaq; tenebrarum trãsitus lune positos fm lineas mẽsurabiles, ⁊ accipiemus demõstrationes in hoc fm q̃ sint in supficie vna ⁊ linee recte. Arcuũ enim quoꝝ magnitudo quantitatũ nõ est nisi ad similitudinẽ quantitatis huius: nõ diuersificant quãtitates quãtitatẽ rhombarum eorũ fm quãtitatem sensibilem. neq; etiã diuersificat transitus lune in orbe declini trãsitũ ipsius q̃ videt in orbe signoꝝ. diuersitate cui sit quãtitas. Nõ g̃ estimẽt aliqui q̃ nos ignoremus illud. Et penitus dico q̃ iã erit diuersitas in trãsitu lune in longitudine ꝓpter hoc q̃ accepimus arcus orbis declinis loco arcuũ orbis signorũ. ¶ Et qꝛ non est possibile vt sint tpa applicationũ similia tẽporib⁹ mediis eclypsium fm equalitatẽ nõ diuersa: Si nos enim acceperimus a nodo.a. duos arcus equales hoꝝ duoꝝ orbium.s. arcũ.a.b. ⁊ arcũ.a.g. ⁊ protraxerimus arcus.b.g. ⁊ pduxerimus a puncto.b.ꝑpendicularẽ ad lineam.a.g.que sit.b.d.tunc ex hoc declarabitur: q̃ cũ fuerit luna sup punctũ.b. ⁊ acceperimus arcũ.a.g.orbis signoꝝ loco arcus.a.d.ꝓpter ꝗ transitus lune qui videnẽ apud orbẽ signoꝝ non videnẽ nisi in orbibus descriptis super duos polos eius: erit diuersitas declinatiõis orbis lunaris fm arcũ.g.d. Et cũ nos etiã imaginati fuerimus solẽ aut centrũ vmbre sup punctũ.b. erit tẽpus quidem applicatiõis absq; diuersitate orbiũ: cum fuerit luna sup punctũ.d. ꝓpter ꝗ q̃ tẽpora media que sunt tenebrarũ etiam nõ videnẽ nisi in orbibus descriptis super duos polos orbis lunaris: erit diuersitas inter hoc tempus et inter tẽpus applicationis.s. fm arcum.g.d. Et illud est qõ oportuit nos demonstrare.

Causa autẽ que prohibet nos cogitare in istis arcubus in partitionib⁹ libri nostri est: q̃ ipsi sunt parui: ⁊ eoꝝ diuersitas nõ est sensibilis Ignorare ẽ aliq̃d istorum vel hoꝝ similiũ est turpe: dimissio tũ illius ꝓpter vilitatẽ eius et industria est ꝓp difficultatẽ ipsius in diuisione capitulorũ numeratiõis. Scõm quantitatẽ ẽ qua possibile est videre in modis ⁊ cõsiderationibus in vtilitate quidẽ que puenit ex scia eius: est magnũ in sensu. In errore ẽ eoꝝ que videnẽ: aut nunq̃ erit error: aut si fuerit: erit perexiguus. Dico autẽ penitus: q̃ arcũ similẽ arcui .g.d. non inuenimus plus quinq; minutis prisis. ⁊ illud declaratẽ per capitulũ quo sciuimus diuersitatẽ que est inter diuersitatẽ: que est inter arcus equatiõis diei ⁊ inter arcus orbis signoꝝ: sicut qõ est in orbibus descriptis super duos polos equatiõis diei. In eclypsibus autẽ non inuenimus ipsum plus duobus minutis. qñ fm quãtitatẽ qua erit vnusquisq; duoꝝ arcuũ.a.b. ⁊.a.g. duodecem partes: trãsitum enim lune qui erunt in eclypsibus fines nõ sunt nisi vt pueniant ad hãc fere quantitatem: erit linea.b.d. pars vna fere. Quapropter erit.a.d. fm illam quãtitatẽ vndecẽ partes ⁊ 58.minuta. Et restat vt sit.d.g. residua duo minuta. ⁊ illud est qõ nõ erit ꝓ sextadecima hore vnius equalis. Perscrutari autẽ subtilitatem in quantitate huic simili nõ est nisi extollentia ⁊ vana gloria. ⁊ neq; est dilectio veritatis. ⁊ ꝓpter hoc posuimus qõ scripsimus ex transitibus lune in his tenebris ac si inter orbes nõ esset diuersitas sensibilis.

Peruenimus ẽ ad hanc cogitationẽ etiã in exẽplo vno: aut in duobus: q̃ continentur in eo qõ narrabo. Sit itaq; cẽtrũ solis aut centrũ vmbre punctũ.a. ⁊ linea que egit solem aut vmbrã. Et sit punctũ.d. separatum. Et cõiungã duas lineas.a.b. ⁊.a.d. ⁊ pducã ꝑpendicularẽ ab.a. sup lineã.b.d. supra quã sint.a.g. Manifestũ ẽ igitur: q̃ cũ fuerit cẽtrum lune sup punctũ.g. tunc erit tẽpus mediũ qõ est eclypsis ⁊ tenebre maioris: ꝓpter hoc q̃ linea.a.b. est equalis linee.a.d. ⁊ ꝓpter hoc erit trãsitus.b.g. equalis.g.d. ⁊ propter hoc q̃ linea.a.g. est breuior oribus lineis que protrahunt ad lineã.b.d. ⁊ aggregat duo centra: ⁊ manifestũ est q̃ vnaquaq; duarũ linearum.a.b. ⁊.a.d. cõtinet medietates diametroꝝ lune quidem ⁊ solis: ⁊ lune quidẽ ⁊ vmbre. ⁊ linea.a.g. est breuior vnaquaq; earũ fm partẽ diametri eclypsati quã continet tenebra diametri in qua est eclypsis. ¶ Et qꝛ hoc est vt diximus: faciemus ad hoc exẽplum. ⁊ ponemus tenebrã tres digitos. ⁊ sit punctũ.a. imprimis centrũ solis. cũ g̃ fuerit luna in lõgitudine maiore: erit lineã.a.b. 31.minuta ⁊.20.secũda. ⁊ quadratum eius. 981.secũda ⁊.47.tertia fere. Et linea.a.g. erit fm illã quãtitatẽ. 23.minuta ⁊.30 secũda. ipsa enim est breuior.a.b. fm tres duodecimas partes diametri solis.s. fm septẽ minuta ⁊.50.secũda. ⁊ quadratũ.a.g. est. 552. secũda ⁊.15.tertia. Quapropter erit quadratũ b.g. fm illam quãtitatẽ. 429.secũda ⁊.32.tertia. ⁊ erit lõgitudo.b.g. 20.minuta ⁊.43.secũda fere. ⁊ illud est qõ ponã in ꝑma differentiarũ solarium oppositũ tribus digitis in quarta tabula. Cũ autẽ fuerit luna in longitudine minore: erit etiã lineã.a.b. 33.minuta ⁊.20.secũda. ⁊ quadratũ eius mille ⁊ cẽtum ⁊ vndecem secũda ⁊ septem tertia. Et erit linea.a.g. fm illam quantitatẽ. 25.minuta ⁊.30.secũda. ⁊ quadratũ eius. 650.secũda ⁊.15.tertia. Et quadratũ.b.g. residue erit quadringẽta ⁊ sexaginta secũda ⁊.52.tertia. lõgitudo igitur linee.b.g. erit fm illã quãtitatẽ. 21.minuta ⁊.28.secũda. ⁊ illud est qõ firmauim⁹ in differentia q̃ est secũda differentiarũ solariũ oppositum tribus digitis in tabula q̃rta. ¶ Sit etiã centrũ vmbre punctũ.a. ⁊ locus tenebre in diametro lune. erit g̃ linea.a.b. in longitudine lune maiore









56.minuta ⁊.24.secūda.⁊ quadratū ei⁹.3180.secūda ⁊.58.tertia.Et linea.a.g.erit fm illā quantitatem.48.minuta ⁊.34.secūda.Est nāq; breuior.a.b. fm quartam diametri lune.s. fm minuta q̄ sunt in illa lōgitudine.s.que sunt septē minuta.⁊.50.secūda.⁊ erit quadratuz linee.a.g.2358.secūda ⁊.43.tertia.Et restat vt sit quadratū.b.g.822.secunda ⁊.15.tertia. ⁊ erit lōgitudo linee.b.g.fm illā quātitatem.28.minuta ⁊.41.secūda.⁊ illud est qō firmauimus in pma differētiarū lunariū oppositū tribus vigitis in tabula q̄rta.⁊ est cōtinens trāsitum lune in casu suo in tenebzā, que est in sensu cōplementū tenebze.In lōgitudine autē lune minore erit linea.a.b.63.minuta ⁊.36.secūda. ⁊ q̄dratū eius erit.4044.secūda ⁊.58.tertia.Et linea.a.g.erit fm illā quantitatē.54.minuta ⁊.46.secūda.Superfluitas igitur q̄ è inter eas:est octo minuta ⁊.50.secūda:q̄ sunt etiam q̄rta diametri lune:q̄ est in lōgitudine minore.⁊ erit quadratū linee.a.g.2999.secūda ⁊.23.tertia.Et remanet vt sit q̄dratum linee.b.g. 1045.scōa ⁊.35.tertia.lōgitudo ḡ.b.g.fm illā quātitatē erit.32.minuta ⁊.20.scōa.⁊ illud est qō firmauimus oppositū tribus vigitis in tabula q̄rta differenie q̄ est secunda differentiarū lunarium.Et illud est qō nos oportuit demōstrare.

T postq̃ narrauimus ĩ dictionibus que hanc precedunt dictionem: ea que accidunt in sphera recta ⁊ in sphera declui: ⁊ etiã que accidũt in modis motuum solis ⁊ lune: ⁊ quod videtur in eis ex figuris: fm q̃ oportet. Incipiemus nũc fm q̃ similc est dispositione ordinum ex ordinatione orbium ⁊ qui se ad invicem sequũtur in hac scientia loqui de stellis. Sed propter illud quod sequitur ex dispositionibus: incipiemus prius loqui de stellis: que nominantur fixe non mobiles. Ante ofa ro premittemus vt nominemus eas. Sed propter hoc quidẽ q̃ stelle oẽs videntur comitari semp figuras suas fixas longitudinibus quãtitatum que sunt inter eas similibus eq̃lis motus: est decens vt nominent fixe non mobiles. Et ppter hoc quidẽ q̃ sphere eax in qua ipse sunt sicut solidate nate in eax videt motus localis comitãs ipsam: proprius ei fm mensurationem vnã ad propinquitatẽ signorũ ⁊ ad orientẽ cõtrario motus totius: nõ oportet vt nominet sphera fixa nõ mota. Ipsa enĩ est mota versus orientem. Nos nãq; ita reperimus vnãquãq; harum duarũ intentionũ p ea que vidimus in hoc tẽpore longo: ⁊ ex eis que iam estimauit Abrachis ante nos per ea q̃ vidit de hijs duabus intẽtionibus in longitudine tẽporis: q̃ non erit nisi cogitatio ⁊ estimatio: neq; sunt cõprehense. Ipse enim nõ reperit nisi consideratiões valde paucas fuisse ante eum stellarũ fixarum non currentiũ: neq; reperit nisi cõsiderationes Ariatilis ⁊ Timocharidis scriptas tm. que quidẽ non sunt absq; dubitatione: neq; sunt verificate. Nos autẽ cum considerauerimus qõ videtur in nostro tẽpore ad ea que fuerunt tunc: per eas inuenimus tunc rem cõprehensam vnam. Et q̃ illud qõ scripsit Abrachis de stellis fixis non reti ogradis: ⁊ cõsiderauit ⁊ inquisiuit de eis: fuit ex tẽpore lõgo. Factũ est q̃ ipse verificauit ⁊ firmauit ⁊ pdurit nos ad pseverãdũ p illud fm oẽm finẽ: ⁊ q̃usq; ad hac hora nõ sũt vise alterari a locis suis. sed ille figure quas cõsideravit Abrachis: videtur vsq; hodie nõ diuersificate a locis suis. Et neq; stellarum que sunt in orbe signorũ tm quedam apud quasdã ita se habẽt: sed ille que sunt apud orbẽ signorũ apud eas que sunt extra ipsum etiã. Iam autem esset ex eis que acciderẽt si forent stelle que sunt in orbe signorũ tm fm modum primum quẽ posuit Abrachis: ⁊ foret earũ motus localis ad successionem signorũ: vt essent stelle que sunt in orbe signorũ fm stellas que sunt extra orbẽ signorum elongate ab eis. Ita ergo declarabitur si volerit inquirere ⁊ cõsiderare in eo fm selectionem veritatis: si fuerit qõ videtur nunc: cõueniens ei qõ scripsit Abrachis ⁊ affirmauit hic propter experimentum breue minimum qõ ipse scripsit fm plurimum qõ possibile fuit vt esset notum. ⁊ vt aggreget oẽm considerationem earũ per ea quibus declarauit ex figuris quas cõtinent stelle que sunt extra orbem signorũ fm figuram vnam aliarũ apud illas ⁊ apud stellas que sunt in orbe signorũ. Ipse enim affirmauit in eis que scripsit de stellis que sunt in cancro: q̃ stella que est in labio meridiano cancri ⁊ stella lucida que precedit hoc labiũ dicta spondilis serpẽtis: ⁊ precedit caput serpẽtis. ⁊ stella lucida que est ex stellis canis sũmersi. s. hee stelle sunt in linea recta fere. mediti earum diuersificat aspectus a linea ad orientem ⁊ septẽtrionem quãtitate digiti vnius ⁊

primo de stellis fixis quas Ptolemeus invenit Hipparchus.

De stellis fixis que sunt in leone.

medietatis. Longitudines vo que sunt inter eas sunt eqles. ¶ Et scripsit de stellis que sunt in leone: q̃ due quattuor stellarũ que sequũtur orientem: ⁊ stella que notatur spondilis serpentis ⁊ est in gibbositate gule serpentis: sunt super rectã lineam. Et scripsit etiam q̃ linea extensa super caudam leonis ⁊ super stellam q̃ est in extremitate caude vrse. ⁊ est denennasci: declinãs a stella apparente que est sub cauda vrse ⁊ sub cauda leonis: est aggregatio antecedentium stellarũ que nominãtur motores. ¶ De eis vo que sunt in virgine: q̃ in eis q̃ sunt

De stellis que sunt in virgine.

inter pedẽ virginis septentrionalẽ ⁊ inter pedẽ vlulantis sinistrum: sunt due stelle. quarum vna lucida est meridionalis: que est similis pedi vlulantis. ⁊ est ei diuersitas aspectus super lineam rectã descriptam super duos pedes ad orientẽ. ⁊ altera est septẽtrionalis que est medietas apparẽtis. que ambe sunt sup lineam rectam oppositã linee duorum pedum. ⁊ precedit vna harũ duar: que est medietas apparẽtis: duas stellas apparentes facientes cõ medietate apparẽtis triangulũ duoꝝ eqliũ laterũ: cuius caput est medietas apparentis. ⁊ he stelle sunt sup lineã rectã oppositã aschimech arachmech. i. lanceatori. ⁊ pedi virginis meridiano Et etiã q̃ in eis que sunt inter aschimech alabajel. i. inermẽ. ⁊ inter secũdã extremitatis caude earum que sunt in spõdilibus serpẽtis sunt tres stelle super lineam rectam adinuicem. ⁊ media earum opponit aschimech inermẽ ⁊ opponit secunde extremitatis caude serpentis.

De stellis fixis que sunt in libra.

¶ Et de stellis que sunt in libra: q̃ stella q̃ opponit stellis lucidis que sunt ad septentrionẽ ex stellis libre fere est stella lucida. ⁊ ab vnaquaq̃ parte duoꝝ laterũ est stella parua opposita ei. ⁊ facit lucidã cũ eis figuram triangularẽ. ¶ De stellis aũt scorpionis: q̃ linea recta descripta super stellã orientalem ex eis que sunt in centro scorpionis ⁊ sup genu dextrum delatoris serpentis secat longitudinẽ que est inter duas stellas precedentes que sunt in pede dextro latoris serpentis. Hue enim spõdiles spine sc̃ quinta ⁊ septima sunt super lineam rectam oppositam stelle lucide que est in medio laris. Et etiã q̃ stella septentrionalis earum q̃ sunt in basi laris est opposita spõdili spine quinte fere in eis q̃ sunt inter eas ⁊ inter eam que est in medio laris. longitudo nãq̃ eius ad vnãquãq̃ eaꝝ est propinqua equalitati. ¶ Et de

Et que sunt in scorpione.

stellis que sunt in sagittario: que sunt due stelle earum que sequũtur orientẽ ⁊ meridiem circuli qui est sub sagittario lucide apparẽtes. quarũ longitudo que est inter eas fm oculum ẽ sicut quãtitas trium cubitoꝝ. quarum meridionalis que est luminosior eis: est super pedem sagittarij. ⁊ est opposita fm lineã rectam fere medie triũ apparentium lucidarũ ex eis q̃ sunt in circulo in quo ipse sunt ad illud q̃ sequitur orientem ⁊ opponitur secũde orientalium ex eis que sunt in quadrato q̃drilatero. quarum quedã opponũtur aliis ab angulis. ⁊ due longitudines que sunt inter eas sunt semper eqles. ⁊ septẽtrionalis earũ est que habet diuersitatẽ aspectus ab hac linea ad orientẽ ⁊ opponitur stellis lucidis que opponũtur angulis in quadrato habẽte q̃tuor latera. ¶ De stellis vo que sunt in aquario q̃ due stelle ꝓpinque in capite equi q̃ sunt euacuatorii aquarij precedens: ⁊ stella que est in humero aquarij q̃ subsequitur: sunt sup lineam rectã fere. ⁊ illa linea equidistat linee que est a spatula aquarij

De stellis fixis que sunt in aquario.

precedẽte ad illam que est in mandibula equi. ⁊ etiã q̃ stella que est in humero aquarij precedente ⁊ stella lucida duarũ stellarũ que sunt in gula equi ⁊ illa q̃ est in fumine equi: sunt sup lineam vnã rectam ⁊ earũ longitudines sunt eqles. Linea autẽ descripta super muscidam equi: ⁊ super eã que sequit orientẽ ex q̃tuor que sunt in pectore eius: secat lineã descriptã sup duas stellas ꝓpinquas q̃ sunt in capite equi in duo media ⁊ orthogonaliter fere. ¶ De eis autẽ que sunt in pisce: q̃ stella que est sup muscidam piscis meridionalis: ⁊ lucida que est in duobus humeris equi ⁊ lucida q̃ est in pectore equi sũt sup lineã rectã. ¶ Et de eis q̃ sunt in ariete: q̃ ea que ꝓcedit basim trianguli ad partẽ orientis cuius sit diuersitas aspectus super lineã descriptã sup stellã que est in muscida arietis ⁊ super pedẽ sinistrum mulieris digiti vnius. ⁊ etiã ea que precedit eas q̃ sunt in capite arietis ⁊ portionẽ medietatis basis triãguli sunt sup rectã lineã. ¶ Et de his que sunt in tauro: q̃ stelle que sequũtur orientem ex eis q̃ sunt in aldebarã. i. vespa. ⁊ stelle q̃ sunt extra pellẽ excoriati: q̃ sunt in manu sinistra ex stellis audacis: q̃ numerãt a septẽtriõe sup oculũ ꝓcedẽte tauri ⁊ sup stellã septẽtriõalẽ septimã a ꝑte septẽtrionis ex eis q̃ sũt in pelle excoriati: separãt a stella lucida q̃ est ex eis q̃ sunt in aldebarã ad ꝑte septẽtrionis quãtitate digiti. ¶ De eis vo q̃ sunt in geminis: q̃ sup caput geminoꝝ est stella super lineam rectã posteriorẽ capite fm tripli longitudinis que est inter duo capita. illa autẽ opponit stellis meridionalibus q̃tuor nubilosarum: que sunt in fumine. De igit figure ⁊ earũ similes continent oia que considerãtur ex eis que sunt in sphera. ⁊ nõ videmus vsq̃ ad hanc diem hanc figurã earum alterari ab habitudine sua. ⁊ illud est q̃ oportuit vt accideret ⁊ vt esset manifestũ in sensu in eis que sunt inter istos. ⁊ 60. annos: si esset motus localis ad orientẽ his stellis que sunt in orbe signorum tũ.

Nos autẽ ponemus sequentibus post nos plures figuras que sunt similes istis: vt subtiliter intueãtur ⁊ cõsiderent eas in eo q̃ prolongat ex tẽpore. ⁊ addemus ex eis que nõ firmãtur in libro antiquo: sed ex eis que nostris tẽporibus cõsideraui mus ⁊ cõsiderationibus nostris. ⁊ fm quãtitatem qua possibile est vt sit planius eis. Incipiam vo in eo a stellis que sunt in ariete. Dicã ergo q̃ due stelle septẽtrionales que

sunt ex tribus q̃ sunt in capite arietis: ⁊ stella lucida q̃ est in genu equitis septẽtrionali: ⁊ nominat ossis ensis ⁊ captis: ⁊ ea que nominat albaioch: sunt super lineã rectam. ⁊ etiam linea descripta super albaioch ⁊ super lucidã ex aldebarã declinat a stella que est in pede antecedente albaioch ad orientẽ parum. ⁊ stella que nominat caper ⁊ nominat albaioch ⁊ stella cõis cõicans pedi tenentis habenas sequẽs ⁊ extremitati albaioch qui sequit: ⁊ extremitati cornu tauri septẽtrionalis: ⁊ illa que est in humero antecedẽte audacis sunt sup lineã rectã. ⁊ etiã stelle lucide q̃ sunt super caput geminor: ⁊ stella lucida que est in gula serpẽtis diaboli sunt sup lineã rectã fere. Due quoq; stelle propinque que sunt in pede antecedẽte vrse: que nomiat benẽnasci: ⁊ stella q̃ est in extremitate labij. i. lãcis cãcri septẽtrionalis: ⁊ septẽtrionalis q̃ est ex asello: siue ex duob⁹ audacibus: sunt sup lineã rectã fere. Et silr audax meridian⁹: ⁊ orientalis q̃ ẽ in cane submerso algameisa ⁊ apparẽs q̃ est inter eas: ⁊ est ea q̃ pcedit stellã q̃ nominat spina serpẽtis: sunt super lineã rectam fere. Linea quoq; que est a stella lucida media stellarũ que sunt in gula leonis ad stellam lucidam que est in spina serpentis: declinat a stella que est in corde leonis ad orientẽ parum. ⁊ linea que est a stella lucida que est in lumbo leonis ad lucidã que est in termino littoris posteriori q̃ est in cora vrse vel sequenti posteriori ⁊ est meridionalis a lateribus q̃ sequũtur orientem habẽtis q̃tuor: latera declinat a duabus stellis propinquis q̃ sunt in extremitate pedis qui sequit vrse ad occidentẽ parum. Et etiã linea que est a stella q̃ est in postremo core virginis ad secũdam extremitatis caude serpẽtis: que est ex spina eius: declinat ad occidẽtem parũ a stella virginis. ⁊ ẽ aschimech. i. inermis alabazel. Et linea que est ab aschimech inermi ad stellam que est in capite virginis sez alangue recedit ab aschimech lanceatore ad orientẽ parũ. Aschimech vo inermis ⁊ due stelle que sunt super duas alas corui sunt super lineã rectam. Et aschimech inermis: ⁊ stella que est in postremo core virginis: ⁊ lucida septẽtrionalis triũ que sũt in nare core antecedẽte vlulãtis: sunt super lineã rectã. Et etiã due stelle lucide que sunt in libra: ⁊ stella q̃ est in extremitate caude serpẽtis ex spina sua sunt super lineã rectam fere. Et stella lucida que est in labio meridiano: ⁊ aschimech lanceator: ⁊ media triũ que sunt in cauda vrse: ⁊ est benennasci. i. vrsa maior sunt sup lineã rectã. Et stella lucida q̃ ẽ in labio septẽtrionali: ⁊ aschimech lanceator: ⁊ stella que est in posteriore core vrse sunt super lineã rectam. Et etiã stella que est super narẽ cruris q̃ sequitur ex latore serpẽtis: ⁊ ea que est in spondili quinta scorpionis: ⁊ precedens duarum stellarũ propinquarum que sunt in spinis eius ⁊ sunt alsuuleri sunt super lineã rectã. Et stella antecedẽs trium que sunt in pectore scorpionis: ⁊ due stelle que sunt in duobus genibus latoris serpentis faciunt figuram triangulam duor equalium laterũ: cuius corpus est antecedens trium que sunt in pectore. Stella quoq; que est sup calcaneũ sagittarij antecedens meridionale que est magnitudinis secũde in quãtitate. ⁊ stella q̃ est sup bastulã ⁊ stella q̃ est ĩ genu q̃ sequit latoris serpẽtis sunt sup rectã lineã. Et stella q̃ est ĩ genu huius pedis sagittarij ⁊ opponit corone siue est ꝓpinq̃ corone: ⁊ est alfecatu: ⁊ stella que est super bastulam: ⁊ stella que est in genu precedente latoris serpentis sunt super lineam rectã. Linea quoq; cõtinua a stella lucida que est in vulture cadente ad stellas q̃ sunt super duo cornua capricorni declinat a stella lucida que est in vulture volante ad orientem parum. Et linea que est a stella lucida que est in vulture volãte ad stellã que est in muscida piscis meridionalis: que est in quantitate pme magnitudinis: secat longitudinẽ que ẽ inter duas stellas lucidas que sunt sup caudam capricorni in duo media fere. Et etiam linea que est a stella que est in muscida piscis meridiani: que est magnitudinis pme in quantitate ad stellam que est in muscida equi declinat a stella lucida q̃ est ex eis que sunt in humero aq̃rij qui sequit ad orientem parum. Due quoq; stelle q̃ sunt in oribus duor piscium meridionales: ⁊ due precedentes habẽtis quattuor latera q̃ est in equo sunt super lineã rectam. Has quoq; figuras si quis voluerit compare ad ea que posuit Abrachis de stellis in sphera corporea: ⁊ ad naturã que est in eis: inueniet loca earũ in sphera: illa loca que fuerũt tunc fm illam considerationẽ fere: fm q̃ ipse scripsit. Ex hoc ergo q̃ diximus: ⁊ que sunt eis similia: ẽ possibile scire: q̃ motus omnium stellarum que nominantur fixe non currentes est motus vnus. ⁊ proportio longitudinis que est inter quasdam earum ad alias est proportio vna.

¶ Capitulum secundum de hoc q̃ sphere stellarum fixarum inest motus ad partem successionis signorum.

Eclaratur autẽ nobis q̃ sphere earũ motus inest ei proprius econtrario motus totius. f. motus orbis magni descripti super polos ambor orbium orbis ẽqtionis diei ⁊ orbis signorum: ꝓpter hoc q̃ illarũ stellarum earũdem q̃ fuerunt longitudines a punctis duor tropicorũ ⁊ duarũ ẽqlitatũ: tunc ⁊ in nostro tẽpore longitudines vne. sed inuenimus lõgitudines quanto plus antiquant ãni

plures longitudinibus primis fm successionem signorum ab illis punctis. Abrachis quoq; dixit in libro suo quem edidit de localibus motibus earum a punctis duorum tropicorum et duarum equalitatum: vbi posuit eclypses lunares fm considerationes suas subtiles: et verax: et per considerationes eorum qui fuerunt antiquiores eo: sicut fuit consideratio Timocharidis: q; longitudo stelle aschimech inermis precedit a puncto vernali ad partem conuersionis signorum in annis quidem suis: et tempore suo fuit sex partes. In annis vo Timocharidis fuit octo partes fere. Et similiter dixit q; aschimech inermis precedit punctum vernale in longitudine signorum in eo q; antiquatur ex tempore octo partibus: et in eo quidem quod est nunc sex partibus. In eo vo quod sequitur nunc hoc ex sermone suo in eis que cõparauit et consideraui de stellis fixis aliis: declaratur q; hoc longitudo est ad partem successionis signorum. Et similiter illud quod nos inuenimus de longitudinibus stellarum fixarum a punctis duarum equalitatũ et duorum tropicorum quando comparauimus ipsum ad sermonem considerationis Abrachis: et ad illud quod ipse posuit in libro suo: et inuenimus ipsum fm quantitatem huius motus localis ad partes successionis signorum. Nos vo fecimus considerationes nostras et inquisitiones nostras pro hoc per instrumentum quod accepimus ad considerationes longitudinum que sunt inter solem et lunam in vnaquaq; partium orbis signorum. Per vnam quidem duarum armillarum fecimus consideratione nostram et equationem eius cuius voluimus comprehensionem in hora consideratione transitus lune qui videtur in ea: et alteram quidem armillam reuoluimus ad stellã que videtur: vt videamus per ipsam simul lunam et stellam. s. vnamquamq; earum in proprietate loci sui. et similiter ex longitudine que est inter lunam et vnamquamq; stellarum luciarum sciemus loca earum. ¶ Exemplificabo autem vnius earum exemplum. Considerauimus in anno qui est secundus annorum Antonij transactis nouem diebus mensis Cathoth. qui est ex mensibus egyptiorum apud occasum solis in alexandria. et fuit medium celi postrema pars thauri. s. post medietatem diei iomin noni quinq; horis et medietate hore. inuenimus ergo longitudinem lune a sole: quia fuit sol visus in tribus partibus piscium. 92. partes et octauam partis. Et post medietatem hore et occasum solis cum fuit medium celi quartus gradus geminorum. et fuit locus lune in quo ipsa visa est per considerationem instrumenti in loco suo. et fuit visa longitudo stelle cordis leonis a luna per armillam aliam ad partem successionis signorum etiam in orbe medij signorum. 57. partes et. 6. minuta. et fuit sol in principio illius in tribus partibus et medietate decime partis piscis fere. Fuit ergo tunc locus lune in quo fuit visa: propterea q; eius longitudo fuit tunc a sole. 92. partes et octaua partis ad partem successionis signorum quinq; partes geminorum et sexta partis fere. Et illud est longitudo quam oportuit esse fm modum quem narrauimus. et oportuit vt esset motus lune in mediate hore ad partem successionis signorum quarta partis vnius fere. et vt esset diuersitas aspectus eius ad conuersionem signorum addens super locum eius primum fm quantitatem medietatis sexte partis vnius. Fuit ergo locus lune in quo visa fuit post medietatem hore quinq; partes et tertia partis geminorum. Quapropter fuit locus cordis leonis due partes et medietas partis leonis. quoniam eius longitudo fuit visa a luna ad partem successionis signorum. 57. partes et. 6. minuta. et fuit eius longitudo a puncto tropici estiualis. 32. partes et medietas. Sed quemadmodum scripsit Abrachis quando consideraui in anno quinquagesimo reuolutionis philippi tertie: fuit longitudo stelle cordis leonis a puncto tropici estiui etiam ad partem successionis signorum. 29. partes et medietas partis et tertia partis: et fuit longitudo stelle cordis leonis ad partem successionis signorum due partes et due tertie partis in annis qui sunt in eo: quod est inter consideracionem Abrachis vsq; ad primum annorum Antonij: in quo fuit plurimum considerationum nostrarum transituum fixarum stellarum que aggregantur: et sunt. 265. anni. et ex hoc inuenimus illud quo elongatur stella per partem vnam ad partem successionis signorũ in centum annis fere: sicut iam vidimus Abrachis vidisse in eis que scripsit de magnitudine quantitatis dierum anni. Et similiter propter hanc causam erit motus localis punctorum duorum tropicorum et duarum equalitatum ad partem conuersionis signorum in anno vno nõ minus parte centesima partis vnius. et oportet vt non sit motus localis earum in trecentis annis minor tribus partibus. Et fm similitudinem huiusmodi cum nos consideraueremus longitudinem aschimech inermis: et alicuius lucide stellarum: que sunt in orbe medij signorum a luna: alleuiabitur nobis inuentio longitudinum: que sunt inter quasdam earum ad alias: et erit illud etiam simile illi: quod est in considerationibus Abrachis fere: et erunt longitudines earum a punctis duorum tropicorum et duarum equalitatum: sicq; cuiusq; earum ad partem successionis signorum ille due partes et due tertie partis semper sicut illud: quod scripsit Abrachis.

¶ Capitulũ tertium de hoc qõ motus stellarum fixarum ad successionem signorum nõ est nisi super duos polos orbis medij signorum.

EX eis vero que predixímus fit apud nos notū q̃ sphera stellarū fixarum habet motū localem ad partem successionis signorū: fm hanc quantitatem qtā nominauimus. Post hoc autē oportet vt aspiciamus an super duos polos orbis equationis dici fit iste motus: an super duos polos orbis medij signorū declinis. Iam ergo possibile est vt declaretur illud propter elōgationem in longitudine. Orbes enim magni descripti super duos polos vnius horū duorum orbium secabūt arcus diuersos ex vnoquoq; eorū: si non fuerit elōgatio in lōgitudine: sed in longitudine huius rē poris parua omnino. Erit ergo diuersitas q̃ est propter hanc causam cuius premisimus narrationem nō sensibilis. Plurimum vo qdo declarat illud nobis: fuit transitus earū in latitudine tunc ⁊ in nostro tēpore. Nō enī videnī nisi comitari semper lōgitudinem illam in latitudine a quocūq; duorum orbiū fuerit: sed ab orbe equationis dici: aut ab orbe medij signorū. Manifestum est igitur: q̃ motus sphere stellarū fixarum nō est nisi super duos polos orbis signorū. Sed Abzachis etiā iam vidit q̃ motus earum est super duos polos orbis declinis: Ipse nāq; narrauit in libro suo de motu locali punctorū duorū tropicorū ⁊ duarum equalitatū et ā q̃ aschimech inermis nō remouet a longitudine sua in latitudine nō solū ab orbe equationis dici: sed etiā ab orbe medij signorū ex eis que considerauit Timocharides: ⁊ ex suis considerationibus. ⁊ q̃ longitudo eius ad meridiē ab orbe signorū fuit due partes in principio illius ⁊ in fine illius. Et propter illud in libro suo sup numerū dierū anni nō scripsit nisi motū qui est sup duos polos orbis medij signorū. cū eo tñ est dubitatio sicut ipse dixit: propter hoc q̃ considerationes que fuerūt fm tēpus timocharidis nō sunt credite: qm fuerūt cū instrumento magno valde. ⁊ non fuit diuersitas que fuit in anno: qō est inter duo tēpora magna: vt ea cōprehenderet certitudo eius cuius inquirit comprehensio ⁊ verificatio. ¶ Nos vo postq̃ inuenimus certitudinē cōsiderationis aschimech inermis in prolixioni illius tēporis ⁊ maiore fere omniū stellarū fixarū. Tunc vere ⁊ certe dico: q̃ earū motus est sup duos polos orbis declinis. Nos enim iā inuenimus longitudines in latitudine cuiusq; earū ab orbe medij signorū in orbe magno descripto sup duos polos eius per cōsiderationes nostras ⁊ illas longitudines lōgitudinē vnam continere ab eo qō scripsit ⁊ collegit Abzachus. Aut diuersitas que est inter ea est parua: ⁊ fm quātitatem que si prētermissa fuerit: nō impediat in considerationib⁹. In lōgitudinibus autē q̃ sunt ab orbe eq̃tionis dici in orbe magno descripto super duos polos eius p considerationes: non inuenimus qō cōprehendimus per considerationes nostras cōuenientes ei qō comprehendit Abzachus p considerationes suas scriptas fm modū vnum. Neq; inuenit Abzachus qō ipse cōprehendit per considerationes suas: cōueniens ei qō comprehenderūt horū tēporis Timocharidis. Hoc ergo est plurimū qō apud nos firmauit: q̃ longitudines earū in latitudine ab orbe medij signorū in orbe magno descripto sup duos polos eius sunt lōgitudines vne. Iam vo reperiunt stelle que sunt in medietate sphere que est a puncto tropici hiemalis ad partē puncti vernalis: ⁊ ad punctū tropici estiualis ad septētrionem semp in longitudine antiqua ab orbe eq̃tionis dici. ⁊ reperiunt stelle alie que sunt in medietate altera fm cōrarium eius qō est in hac medietate: ⁊ q̃ earum sunt propinquiores duobus pūctis equationis dici: sunt maioris diuersitatis: ⁊ que earum sunt propinquiores duobus pūctis duorū tropicorum sunt minoris diuersitatis. ⁊ est quātitas lōgitudinis illius: fm quātitatem lōgitudinis eius in lōgitudine. ⁊ similiter portiones que sequūtur orbem medij signorū sunt aut ad septētrionem: aut ad meridiem ab orbe equationis dici. ¶ Et vt per pauca quorū acceptio est ppinqua firmetur qō diximus: firmabimus in vnaquaq; duarū medietatū sphere quas diximus qō scriptum est de longitudinibus earū in latitudine ab equatione dici in orbe magno descripto sup duos polos eius: fm q̃ posuerunt illi antiqui qui fuerūt fm tēpus Timocharidis: ⁊ fm q̃ posuit Abzachus: ⁊ fm q̃ nos posuimus ex eis q̃ nos cōprehendimus p illū modū. Stellā autē lucidā que est in vulture volāte Timocharides scripsit se inuenisse ad ptē septētrionis ab eq̃tione dici elōgari q̃nq; partibus ⁊ q̃tuor quintis partis. Et similiter dixit Abzachus. Et nos iā inuenim⁹ eā quinq; partibus ⁊ medietate ⁊ tertia. Et scripsit Timocharides q̃ ipse reperit mediū pleiadū ad ptē septētrionis ab eq̃tione dici. 14. partibus ⁊ medietate partis. Et scripsit Abzachus q̃ ipse reperit illud. 15. partibus ⁊ sexta ptis. Nos autē inuenimus. 16. partibus ⁊ quarta partis. Et scripsit timocharides q̃ ipse repit lucidā ex aldebarā ad partē septentrionis ab eq̃tione dici elongari octo ptibus ⁊ medietate ⁊ quarta. Et scripsit Abzachus q̃ ipse reperit eā nouē partibus ⁊ medietate ⁊ quarta ptis. Nos vo inuenimus eā vndecē partibus. Et scripsit Arsatilis q̃ ipse reperit stellā lucidā ⁊ splēdidā que est in albaioch: ⁊ albaioch nominat caper ad partem septētrionis elongari ab eq̃tione dici. 40. partibus. Et scripsit Abzachus q̃ inuenit eam 40. partibus ⁊ duab⁹ quintis partis. Nos vo inuenimus eam. 41. parte ⁊ sexta partis. Et scripsit timocharides q̃ ipse repit stellā lucidā q̃ est in humero antecedēte geminorū: ⁊ est aut dax ad partē septētrionis elongari ab eq̃tione dici parte ⁊ quinta ptis. Et scripsit Abzachus

Arisstillus

q; reperit illam parte ⁊ quattuor quintis ptis. Nos autē inuenimus eam duabus partibus ⁊ medietate partis. Et scripsit timocharides q; ipse reperit illā stellā luminosam lucidā que ē in humero subsequēte geminorū: ⁊ est audax ad partē septētrionis ab equatione diei elongari tribus partib⁹ ⁊ medietate ⁊ tertia. Et scripsit Abzachis q; ipse reperit illam quattuor partibus ⁊ tertia partis. Nos vo inuenimus quinq; partib⁹ ⁊ q̄rta partis. Et scripsit Timocharides q; ipse reperit stellam luminosam lucidā que est in ore canis ⁊ est alabaor. f. canis pertransiens ad partem meridiei ab equatione dēi elongari sexdecim partibus ⁊ tertia partis. Et scripsit Abzachis q; ipse reperit illā sexdecim partibus. Nos autē inuenimus eā quindecim partib⁹ ⁊ medietate ⁊ quarta. Et scripsit Arsatilis q; ipse inuenit stellā antecedē tem duarum lucidarum ex eis que sunt in duobus capitibus geminorum ad septētrionem ab equatione diei elongari trigintatribus partibus. Et scripsit Abzachis q; ipse reperit eam trigintatribus partibus et sexta partis. Nos autem inuenimus eam trigintatribus partibus ⁊ duabus quintis partis. Et scripsit Arsatilis q; ipse inuenit stellam secundam duarum ad partem septentrionis ab equatione diei elongari triginta partibus. Et scripsit Abzachis q; ipse inuenit illā similibus illis. Nos vo inuenimus illam triginta partibus ⁊ sexta partis. Loca vo omnia que diximus harum stellarū in longitudine sunt in vna harū quarum medietatū sphere quas diximus: ⁊ est medietas continens punctū equalitatis vernalis. ⁊ sunt oēs longitudines earū ab equatione diei in latitudine in eis q̄ posteriorant ex tēpore maioris declinationis ad septētrionem eis quoq; tempus antiquatum est. Que vo earum sunt in portionibus partiū que sunt ꝓpinquiores duobus punctis vidēlicet tropicorū: minorātur earum declinatio valde. ⁊ que sunt in eis q̄ sunt propinquiores duobus pūctis duarum equalitatum: accrescit earū declinatio. Quapropter oportet vt sit motus localis sphere stellarum fixarum ad partē successionis signorum super duos polos orbis declinis: ideo q; portiones partiū huius medietatis: que sunt ad partē successionis signorū ⁊ sunt maioris declinatiōis semper ad partē septētrionis: eis que sunt ad partē conuersionis signorū. ⁊ que sunt etiā ex portionibus partiū que sunt ꝓpinquiores duobus punctis duarum equalitatū: maiorātur earū diuersitas: ⁊ que sunt ex eis que sunt ꝓpinquiores duobus pūctis duorum tropicorū minorat̄ eax diuersitas. ¶ Et in medietate sphere altera opposita huic medietati: Timocharides q̄dē scripsit: q; ipse reperit stellā cordis leonis ad partē septētrionis ab equatione diei elongari. 21. parte ⁊ tertia partis. Et scripsit Abzachis q; ipse reperit eā. 20. partibus ⁊ duabus tertiis partis. Nos autē inuenimus eam. 19. partibus ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Et scripsit timoch. q; ipse reperit stellā virginis: ⁊ est alchimech inermis ad partē septētrionis elongari parte vna ⁊ duabus quintis partis. Et scripsit abzachis q; ipse reperit eam tribus quintis partis tri. Nos vo inuenimus eam medietate partis ad partē meridiei elongari ab equatione diei. Et scripsit arsatilis q; ipse reperit vnā trium que sunt in cauda vrse maioris que est in extremitate caude ad partē septētrionis ab equatiōe diei elongatam. 61. parte ⁊ medietate partis. Et scripsit abzachis q; ipse reperit eā. 60. partibus ⁊ medietate ⁊ q̄rta partis. Nos vo inuenimus eā. 59. partibus ⁊ duabus tertiis partis. Et scripsit Arsatilis q; ipse reperit stellam secūdam ab extremitate que est in medietate caude ad partē septentriōis ab eq̄tione diei elōgatā. 67. partib⁹ ⁊ quarta partis. Et scripsit Abzachis q; ipse inuenit eā. 66. partibus ⁊ medietate partis. Nos autē inuenimus eam. 65. partibus. Et scripsit arsatilis q; ipse reperit stellam tertiā ab extremitate que est super radicē caude ad partem septētrionis ab equatione diei elōgatā. 68. partibus ⁊ medietate partis. Et scripsit Abzachis q; ipse reperit eam. 67. partibus ⁊ duabus tertiis. Nos vo inuenimus eam. 66. partibus ⁊ q̄rta partis. Et scripsit timoch. q; ipse reperit stellā alchimech alramech. i. laceator: ad partē septētrionis elongatā. 31. parte ⁊ medietate partis. Et scripsit abzachis q; ipse reperit eā. 31. parte. Nos autē inuenimus eam. 29. partib⁹ ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Et scripsit timoch. q; ipse reperit lucidā stellarum lucidarū que sunt in duobus labijs scorpionis: q̄ est in extremitate meridiana ad partem meridiei ab equatione diei elōgatam quinq; partib⁹. Et scripsit abzachis q; ipse reperit eā quinq; partibus ⁊ tribus quintis partis. Nos autem inuenimus eā septē partib⁹ ⁊ sexta partis. Et scripsit timoch. q; ipse reperit stellā q̄ est super extremitatē septētrionalem ad partē septentionis ab equatione diei elongatam parte vna ⁊ quinta partis. Et scripsit abzachis q; ipse reperit eam duabus quintis partis. Nos autē inuenimus ipsam ad partē meridiei ab equatiōe diei pte vna. Et scripsit timoch. q; ipse reperit stellā lucidā q̄ est in pectore scorpiōis: q̄ nōiat anchoris: p quā vult cor scorpionis: ad ptē meridiei ab eq̄tiōe diei elōgatā. 18. ptibus ⁊ tertia ptis. Et scripsit abzachis q; ipe reperit eā. 19. partib⁹. Nos vo inuenimus eā. 20. partibus ⁊ quarta partis. Omnia vo que diximus de stellis huius medietatis postreme oportet vt sint fm cōuersionē eorum quoq; premisimus narrationem in medietate prima. ⁊ vt sint etiā lōgitudines eax ab eq̄tione diei in latitudine ē eis que posteriorantur ex tēpore maioris declinationis ad meridiē q̄ ea que sunt in eis quarū tempus antiquatur: fm similitudinē illius cōsiderationis. Et prouenit etiā ex illo vt sit motus sphere stellarū fixarum in longitudine ad partē successionis signorū in centum ānis vna pars se

re:fm q̃ pcessit ex verbis nostris. Et in ducentis ⁊ sexaginta quinq̃ annis qui fuerunt in eo q̃ ō est inter duo tēpora: sc3 tēpus considerationis abzachis ⁊ tēpus considerationis nostre:due partes ⁊ due tertie partis. Et cōprehensio illius erit per superfluitatē que reperitur in latitudine stellar̃ que sunt apud duo pūcta duarum equalitatū manifestior:et illud ē quia stellam mediā pleiadum abzachis invenit magis declinatam ad septētrionem ab equatiōe diei. Et plurimū quo declaratur illud q̃ invenimus de diversitate in latitudine earum que sunt ꝓpinquiores duobus pūctis duarū equalitatum mediā quidam pleiadū reperit abzachis ad partē septētrionis. 15. partibus ⁊ sexta partis. Nos vō invenimus eam. 16. partib⁹ ⁊ quarta partis. Fit ergo diversitas que est inter duas considerationes ad septētrionē pars ⁊ medietas sexte partis. ⁊ illud est quantitas diversitatis longitudinis ab orbe equationis diei in latitudine in fine arietis duarū partium ⁊ duarū tertiarum partis: que sunt in longitudine ad partem successionis signor̃ illius tēporis. Albaiocb vō que nominat hircus lōgitudo ad septentrionē ab equatione diei fm q̃ reperit abzachis est. 40. partes ⁊ due quinte partis. ⁊ fm q̃ nos invenimus. 41. partes ⁊ quinta partis. fit ergo declinātior ad septentrionem ōtuor quintis partis fere. ⁊ illud etiā est quantitas diversitatis longitudinis ab orbe equationis diei in latitudine in medio tauri duarū partium ⁊ duarū tertiarū partis: q̃ sunt in longitudine ad partē successionis signor̃ illius tēporis. Stellam vō que est super humerum antecedentē geminor̃: ⁊ est audar: invenit abzachis ad partē septentrionis ab equatione diei elongatā parte vna ⁊ quattuor quintis partis. ⁊ nos invenimus eā duabus partib⁹ ⁊ medietate partis. fit ergo declinatior ad septētrionem medietate ⁊ quinta partis. ⁊ illud est quātitas diversitatis lōgitudinis ab orbe eqtiōis diei in latitudine in fine tauri duar̃ ptiū ⁊ duarū tertiar̃ partis: que sunt in longitudine ad partē successionis signor̃ illius tēporis. Et similiter etiā stellas que sunt in medietate sphere opposita huic medietati: sc3 stellā que dicit aschimech alabazel Abzachis quidē reperit magis declinatā ad septētrionem ab eqtione diei tribus quintis partis. Et nos quidē invenimus eā magis declinatā ad meridiem ab equatione diei medietate partis. fit ergo magis declinata eo q̃ fuit ad meridiem parte vna ⁊ decima partis. ⁊ illud etiā est sūma eius quo superfluit latitudo ab eqtione diei duarum partiū ⁊ duarum tertiarū partis orbis signor̃ que sunt in fine virginis. Et stellam que est in extremitate caude vrse: ⁊ est benenascī maioris: reperit Abzachis ad partem septentrionis ab equatione diei elongatam sexaginta partibus ⁊ medietate ⁊ quarta partis. Et nos invenimus eā. 59. ptib⁹ ⁊ duabus tertiis ptis. fit q̃ declinatior ad meridiē pte vna ⁊ medietate sexte ptis. ⁊ illud ē quātitas diversitatis lōgitudinis ab eqtiōe diei in latitudie i p̃ncipio libre duar̃ ptiū ⁊ duar̃ tertiar̃ ptis: q̃ sūt in lōgitudie ad ptē successiōis signor̃ illi⁹ tpis. Et stellā aschimech lāceatoris invenit abzachis ad septētrionē ab eqtiōe diei elōgatā. 31. ptibus. Et nos invenimus eā. 29. ptib⁹ ⁊ medietate ⁊ tertia ptis. fit q̃ declinatior ad meridiē pte vna ⁊ sexta ptis. ⁊ illud ē quātitas diversitatis lōgitudinis ab eqtiōe diei i latitudie i p̃ncipio libre duarū ptiū ⁊ duar̃ tertiar̃ ptis q̃ sūt i lōgitudine ad ptē successiōis signor̃ illi⁹ tpis fere.

Et etiā erit manifestum q̃ diximus de istis cōsiderationibus ex eo q̃ voluimus dicere. q̃ Timocharides scripsit q̃ ipse cōsideravit in alexandria in āno q̃dragesimo septimo revolutiōis primē revolutionū. 76. annor̃ revolutionū philippi octo diebus menses anisatarion: sc3 29. diebus transactis mensis atur: qui est ex mensibus egyptior̃ in postremo horē tertie. ⁊ invenit q̃ lune fuit visa medietas: que sequit meridiē supra medietatē pleiadū q̃ est ad partē successionis signor̃ fm veritatem. Fuitq̃ ille ānus quadringentesimus ⁊ sexagesimus quintus annor̃ nabuch. 29. die transacto mensis atur egyptij. cuius mane fuit diei tricesimus ante medietatē noctis tribus horis tēporalibus: que sunt tres hore ⁊ tertia hore eqles. qm̃ sol fuit in septē ptibus aquarij. Et fuerunt he hore fm equationē dierum cū noctibus suis ꝓpinque illis. Et fuit locus lune propter illud q̃ aggregatur ex tēpore in illa hora vere: fm modū cuius premisimus declarationē. 20. minuta partis prime tauri. s. q̃ longitudo eius fuit a puncto equalitatis vernalis. 30. partes ⁊ 20. minuta: ⁊ fuit longitudo lune tunc ad partē septentrionis ab orbe signor̃ in latitudine 3. partes ⁊. 45. minuta: ⁊ fuit locus lune tūc visus in alexādria in lōgitudine. 29. ptes ⁊. 20. minuta arietis. fuit ergo lōgitudo eius ad partem septentriōis ab orbe medij signorū in latitudine. 3. partes ⁊. 35. minuta. qm̃ medium celi fuit due partes geminor̃. fuit ergo longitudo postremi pleiadū q̃ est ad partem successiōis signorum: tunc a puncto eqlitatis vernalis ad successionem signorum. 29. partes ⁊ medietas partis fere. qm̃ centrum lune etiam pcesserat ipsum ad cōversionem signor̃. Et fuit longitudo eius ad partē septentrionis ab orbe medij signorū in latitudine tres partes ⁊ due tertie partis fere. ⁊ fuit ad partē septētrionis a centro lune parū. ¶ Et scripsit Agrinus q̃ ipse cōsideravit in bithinia in āno duodecimo annor̃ Domiciani: ⁊ est apud eos annus septimus annorum mātrachi in vno mensium suor̃ nominato mātroe in nocte septima ipsius. ⁊ in p̃ncipio hore tertie noctis luna iam cooperuerat partē pleiadum meridianā sequentem cornu suo meridiano. fuitq̃ annus. 8404. annorum nabuch. duobus diebus transactis mensis tobi: qui est ex mensibus egyptiorum.

eius mane fuit dies tertius: ante medietatē noctis quattuor horis temporalibus: que sunt quinq; hore cōplete: propter hoc q; sol fuit in sex partibus tauri. Fuit ergo cōsideratio apud orbem meridiei in alexandria ante medietatē noctis quinq; horis ⁊ tertia hore equalibus. ⁊ fuerunt hore fm equationē dierum cū noctibus suis ante medietatem noctis quinq; hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et fuit centrū lune in illa hora fm veritatem in tribus partib⁹ ⁊ septem minutis tauri. Et fuit longitudo eius ad septentrionē ab orbe medij signorū in latitudine ātuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis. Et fuit visus in bithinia locus centri lune in longitudine tres partes ⁊ quarta partis. Et fuit longitudo eius ad septētrionem ab orbe medij signorū in latitudine quattuor partes: propter hoc q; mediū celi fuerūt due partes piscis. Fuit ergo tunc longitudo lateris pleiadum qō est ad successionem signorū in longitudine a puncto equalitatis vernalis ad successionem signorum. 33. partes ⁊ quarta partis. Et fuit longitudo eius ad partem septētrionis ab orbe medij signorū in latitudine tres partes ⁊ due tertie partis. Jam ergo demonstratum est q; pars pleiadū ad successionem signorū fuit in latitudine quidem ad partem septētrionis ab orbe medij signorum tunc ⁊ nunc: fm illas partes tres partes ⁊ due tertie partis in orbe magno descripto super duos polos eius. Et in longitudine quidē fuit motus eius ad successionē signorum a duobus punctis equalitatis vernalis tres partes ⁊. 45. minuta: propterea q; longitudo lune fuit in consideratione quidem prima. 29. partes ⁊ medietas ptis. ⁊ in cōsideratione quidem secūda. 33. partes ⁊ ārta partis. Et fuit qō fuit inter duas considerationes ex tēpore. 375. anni. fuit ergo motus lateris pleiadum sequentis ad successionē signorum in oibus centū annis pare vna. ¶ Timocharides quoq; scripsit q; ipse considerauit in alexandria, in anno trigesimosexto revolutionis prime revolutionū philippi mensis quidē alāchir lunis transactis. 15. diebus. ⁊ mensis quidē tobi quinq; diebus in principio hore tertie consecuta est luna aschimech inermis ex medio cingulo qō sequitur orientem equalitatis. ⁊ secuit aschimech inermis ex diametro lune ad partē septentrionis tertiā fm veritatem. ⁊ fuit annus ille annus q̄dringentesimus ⁊ quinquagesimus quartus annorū nabuch. ⁊ quinq; diebus transactis mensis tobi: qui est ex mensibus egyptiorū. cuius mane fuit dies sextus ante medietatem noctis ātuor horis temporalibus. que fere sunt equales. qm sol fuit in quinq; partibus piscis. Et colligitur vt sint hore que fuerunt ante medietatem noctis fm equationē dierum cum noctibus suis ille horē fere. Et in illa hora fuit etiā locus centri lune in longitudine fm veritatē. 21. partes ⁊. 21. minutū virginis. s. q; longitudo eius a puncto tropico estiuali ad successionem signorū fuit 81. partes ⁊. 21. minutū. Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorū ad partem meridici pars ⁊ medietas partis ⁊ tertia partis. Et fm visum fuit longitudo eius a puncto tropici estiui in longitudine. 82. partes ⁊. 12. minuta. Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorum ad meridiē due partes fere. Fuit ergo mediū celi in illa hora medium cancri. ⁊ fuit longitudo aschimech inermis a puncto tropici estiui in illa hora propter illud cuius iam precessit narratio. 82. partes ⁊ tertia partis. ⁊ fuit longitudo eius ab orbe medij signorū ad partē meridiei due partes. ¶ Postea similiter dixit: q; in anno quadragesimooctauo illius revolutionis sex diebus remanentibus de mense begūem Risinis. ⁊ sunt septē dies transacti mensis tbut post medietatem hore decime transactam. Et apud elevationem lune ab horizonte fuit visa aschimech inermis cōtingere lunam a parte septentrionis vere. Et fuit tempus: annus quadringentesimus ⁊ sexagesimusseptimus annorū nabuch. septimo die transacto mensis tbut. cuius noctis mane fuit dies octauus: quēadmodum ipse quidem scripsit post mediam noctem tribus horis ⁊ medietate hore tēporalis que erunt ātuor hore ⁊ octaua hore equales fere: propterea q; sol fuit fere in medio scorpione: fm vō q; oportet post medietatem noctis duabus horis ⁊ medietate hore. qm post has horas precedentes erit medium celi. 22. partes ⁊ medietas partis geminorū. ⁊ erit illud qō elevatur de virgine ille partes. ⁊ in illis partibus fuit tunc luna elevata in eis que dixit. Scēm equationem vō dierū cum noctibus suis inuenimus eā post medietatē noctis duabus horis equalibus trū. Scēm veritatē vō in hora in q̄ fuit longitudo centri lune etiā a puncto tropici estiui. 81. ptes ⁊. 30. minuta. ⁊ fuit longitudo eius ad meridiē ab orbe medij signorū due partes ⁊ medietas ptis ⁊ sexta partis. ⁊ fm visum fuit lōgitudo eius in lōgitudine. 82. partes ⁊ medietas partis. Et fuit visa eius longitudo ab orbe medij signorū ad partem meridiei due partes ⁊ quarta partis. Fuit ergo longitudo aschimech inermis fm hanc considerationem etiā ab orbe medij signorū ad partem meridiei ille due partes fere. Et fuit eius longitudo a puncto tropici estiui. 82. partes ⁊ medietas partis. Et fuit motus aschimech inermis in istis duodecem annis qui sunt inter duas cōsiderationes ad successionem signorū a puncto tropici estiui sexta partis vnius fere. ¶ Et dixit Milcus mensurator q; ipse consideravit Rome in anno qui fuit primus annorum Traiani quintodecimo die transacto mensis mesir. cuius mane fuit dies sextusdecim⁹ apud complementū hore decime noctis. Et luna iā obscurauerat aschimech inermē tunc. ⁊ nō apparuit vsq; ad finem hore vndecime. Postea apparuit stella posterior centro lune cū minore spacio diametro lune. ⁊ fuit eius elōgatio a duobus cornibus lune equalis. Et fuit illud

Prima observatio Timocharide.

Secunda observatio ipsius Timocharide

Tertia observatio ipsius Timocharide

Quarta observatio ipsius Milcii mensuratoris

in anno. 845. annorum nabuch. quintodecimo die transacto mensis mesir. cuius mane fuit dies sextusdecimus post medietatē noctis quattuor horis tēporalibus. quia cētrū lune fuit consecutum aschimech alabazel fere. ⁊ fuerunt hore quinq; equales fere: propterea q; fuit sol tunc quasi in. 20. partibus capricorni. ⁊ fuerunt hore in orbe meridiei alexādrie post medietatem noctis sex hore ⁊ tertia hore: ⁊ equationem dierum cum noctibus suis sex hore ⁊ quarta hore aut plus parum. Et fuit elongatio centri lune in longitudine a puncto tropici estiui fm veritatem in illa hora. 85. partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et fuit eius longitudo ab orbe medij signorū ad partem meridici pars vna ⁊ tertia partis fere. In visione vo fuit longitudo eius in longitudine. 86. partes ⁊ quarta ptis. Et fuit longitudo eius ab orbe medij signorum ad meridiē due ptes: propterea q; mediū celi fuit q̄rta libre. Fuit ergo locus aschimech inermis tunc hic locus. Manifestū est igitur fm q; vixit timoch. ⁊ q; nos viximus etiā q; fuit ad partem meridiei ab orbe medij signorū: fm illam quantitatem etiā sc3 due partes. ⁊ q; longitudo eius in lōgitudine ad successionem signorū ex consideratione que fuit in āno trigesimosexto: fuit tres partes ⁊. 55. minuta. Et fuit qō est inter duas horas ex ānis. 391. Et ex cōsideratione quidem que fuit in āno q̄dragesimooctauo fuit tres ptes ⁊. 45. minuta. Et fuit qō est inter duas horas ex annis. 379. āni. Propter hō ergo manifestū est q; cursus aschimech inermis ad partē successionis signorū in centū annis est pars vna fere. ¶ Et etiā q; timoch. vixit q; ipse cōsideravit in alexandria in āno trigesimosexto reuolutionis prime reuolutionū philippi. 25. die transacto mensis tusidumus. ⁊ sextodecimo die transacto mensis chaucha: in principio hore decime. ⁊ inuenit lunā fuisse visam verissime consecutam esse tūc septentrionalem stellā que sequit septentrionem ex stellis que sunt in fronte scorpionis. Et fuit hora illa in anno. 454. nabuch. decimosexto die transacto mensis chaucha. cuius mane fuit dies decimusseptimus post medietatem noctis tribus horis tēporalib⁹. q̄ sunt tres hore ⁊ due quinte hore eq̄lis: propterea q; sol fuit in. 27. pte sagittarij. Et fm eq̄tionem dierum cū noctibus suis post tres horas ⁊ sextā hore. Et fuit tunc longitudo centri lune a puncto eq̄litatis **vernalis** in lōgitudine. 31. ptes ⁊ quarta ptis in longitudine. Fuitq; eius lōgitudo ad septentrionē ab orbe medij signorū pars vna ⁊ tertia ptis. In visione vo fuit eius lōgitudo. 32. ptes. Et fuit eius lōgitudo ab orbe medij signorū ad septē trionē pars vna ⁊ medietas sexte ptis: propterea q; mediū celi fuit tunc mediū leonis. Fuit ergo tūc longitudo stelle septentrionalis: q̄ est ex stellis q̄ sunt in fronte scorpionis in longitudine a puncto eq̄litatis **vernalis** ille ptes: sc3. 32. partes. Et fuit eius lōgitudo ab orbe medij signor: ad partem septentrionis pars vna ⁊ tertia ptis fere. ¶ Et similiter dixit Mileus vbi cōsideravit rome in anno pmo annorū traiani. 18. dieb⁹ transactis mensis mesir. cuius mane fuit dies decimusnonus: in fine hore vndecime: q; cornu meridianū lune fuit visum fm rectā lineam inter ipsum ⁊ inter stellam mediā ⁊ inter stellā meridianam ex stellis que sunt in fronte scorpionis. ⁊ fuit centrum lune egrediens a linea. ⁊ fuit eius lōgitudo a mediā sicut lōgitudo medie a meridiana. ⁊ estimabat q; iam consecuta esset stellam septentrionalē ex stellis q̄ sunt in frōte: sed nō fuit manifestū. Et fuit tp̄s eius etiā. 845. āni: annorū nabuch. ⁊ decimooctauo die transacto mēsis mesir. cuius mane fuit decimusnonus post medietatem noctis quinq; horis temporalibus: que sūt sex hore ⁊ sexta hore equales. qm̄ sol fuit in. 23 partibus capricorni. Sed in orbe meridiei alexandrie post medietatē noctis septē horis ⁊ medietate hore. ⁊ fm equationem dier: cum noctibus suis propinque illis. Et fuit in illa hora longitudo centri lune a puncto equalitatis **vernalis** fm veritatem. 35. partes ⁊ tertia partis. Et fuit eius longitudo ab orbe medij signorum ad septentrionem due partes ⁊ sexta partis. In visione vo fuit eius longitudo in longitudine. 35. partes ⁊. 55. minuta. ⁊ fuit ei⁹ longitudo ab orbe medij signorum ad septentrionem pars ⁊ tertia partis. qm̄ medium celi fuit postremum libre. Fuit igitur tunc locus stelle septētrionalis ex stellis que sunt in parte scorpionis in illo loco fere. Iam ergo manifestum est in hac stella q; longitudo in latitudine ab orbe medij signorum tunc ⁊ nunc fuit longitudo vna. Et q; longitudo in longitudine ad successionem signorū a puncto equalitatis vernalis fuit tres partes ⁊. 55. minuta. in eis que sunt inter duas cōsiderationes: que aggregātur ⁊ sunt. 391. anni. ⁊ illud est ex quo oportet etiam vt sit motus stelle in centum annis pars vna ad partē successionis signorum.

¶ Capitulum quartū de modo disponendi tabulas stellarum fixarum.

Postq̄ inuenimus certe ⁊ vere ex cōsiderationibus nostris harum stellarū quas diximus: ⁊ aliarum lucidarum: ⁊ ex considerationibus earum his similibus ⁊ ex cōsiderationibus nostris fm cōuenientiam longitudinis aliarum stellarū ab his compreh̄ensis: q; sphera stellarum fixarum habet hunc motum ad successionem signor: a duobus punctis duor: tropicor: ⁊ duobus punctis duar: equa-

litatum fm quãtitatem qua possibile fuit declarare nobis longitudinem huius temporis. ⁊ inuenimus etiam q̃ motus eius iste non erit nisi sup duos polos orbis medij signorum declinis: non super duos polos equatiõis diei: super quos est motus totalis primus. Oportet ergo post illud vt studeamus fm cõsiderationes cuiusq̃ harum stellarum ⁊ aliarum stellarum fixarum ⁊ descriptionis tabularũ earum ⁊ locorum earũ in hoc tempore in quo consideramus eas: ⁊ longitudines earum in longitudine ⁊ latitudine non ab orbe equationis diei: sed ab orbe medij signorũ declinis quas terminant orbes magni descripti super duos polos eius: ⁊ super vnamquãq̃ stellarum scriptarum. per quos fm q̃ sequitur modũ hui⁹ motus: erunt transitus earum in latitudine comitãtes semper necessario longitudines earũ ab orbe medij signorum. ⁊ erũt earum longitudines in longitudine ad successionem signorum secantes arcus equales in temporibus equalibus orbis signorũ. Et propter illud etiã vti fuimus illo instrumento: propterea q̃ motus duorum circulorum duarum armillarum que sunt in eo non est nisi super duos polos orbis declinis: quo consideramus de stellis totum q̃d possibile est videri vsq̃ ad quãtitatem magnitudinis sexte. Vnum autem duoꝝ circulorum quorũ premisimus narrationem parabimus semper: ⁊ opponemus ipsum vni stellarum lucidarum quas cõprehendimus per lunam super proprietatem portionis partis sue in qua est ex orbe signorum. Circulum vo alterum diuisum totum cuius possibile est vt fit reuolutio in latitudine super duos polos orbis declinis: parabimus etiam: ⁊ opponem⁹ ipsum stelle cuius locus inquiritur: donec videatur ex foramine q̃d est fm proprietatem circuli sui cum visione stelle alterius. Cum enim fuerit illud declarabunt nobis breuiter transitus stelle cuius inquiritur locus ambo simul per circulum instrumenti. Locum quidẽ eius in longitudine determinabit locus sectionis cõmunis circuli sui ⁊ circuli orbis signoꝝ. ⁊ locum quidem eius in latitudine cõprehendit arcus quẽ secat: qui est inter sectionem cuius premissa est narratio: ⁊ inter foramen q̃d est super stellam.

Capitulum quintum de firmatione stellarum fixarum in medietate sphere septentrionalis ⁊ positione earum in tabulis.

Et postq̃ iam declarata est proprietas motus stellarum fixarum: superest vt loquamur de figuris earum. Figurarum igitur que sunt stellarum fixarum post figuras aliarum apud alias que sunt fixe: sicut cum quedam earum super lineam rectam sunt: aut super figuram trianguli: aut figuras illi similes. Quedam sunt que videntur apud stellas retrogradas trii: et apud solem et lunam: et apud partes orbis signorum. et quedã que videntur apud terrã. et apud stellas retrogradas simul: et apud solẽ et lunã et apud ptes aut fines orbis signorũ. Figure aũt stellarũ fixarũ que videntur apud stellas retrogradas aut apud sidera orbis signorum trii in cõmunitate quidem erunt: aut cum fuerint stelle fixe: et vna stellarum retrogradarum super vnum circulorum descriptorum super duos polos orbis signorum: aut super circulos eorum diuersos: sta vt sint earum lõgitudines fm ternationem: aut quadrationem: aut sextationem: scz vt sint continentes angulos: scz aut angulum rectum: aut angulum addentem super ipsum: aut minuentem ab eo tertiam partem recti, et in proprietate quidem eum est possibile vt precedat vnaquecq̃ stellarum retrogradarum: scz vt precedat vna stellarum retrogradarum vnum horum circulorum. Et he stelle sunt que stant in loco orbis signorum continente transitus stellarũ retrogradarũ in latitudine. Sed apud stellas quinq̃ retrogradas apud eas que videntur ex coniunctione earum apud contactum et apud cooperimentum. Apud solem vo et lunam apud occultationem earum et coniunctionem earum et precessionem orientalitatis earum. Nominamus autem occultationem principium lesionis cuiusq̃ stellarum cum fuerit sub radio duorum luminarium. et nominamus coniunctionẽ cum cooperiunt se duo centra. et nominamus precessionem orientalitatis earum primũ principium visionis stelle cum recedit de sub radijs duorum luminarium. Figure vo stellarum fixarum que sunt apud terram trii: sunt quatuor. Quas quidam homines nominant nomine quidem cõmuni centra chordarum. Et nomine quidem proprio orientem et medium celi super terram: et occidentem et medium celi sub terra. Ubi ergo est orbis equationis diei super sũmitatem capitum: omnes stelle fixe oriuntur et occidunt: et sunt in linea media celi super terram semel in omni reuolutione: et semel in linea medii celi sub terra. et duo poli orbis equationis diei sunt apud illum locum tangentes lineam orbis horizontis. Et non ponunt aliquam linearum equidistantium circulatarum super seipsos: neq̃ semper occultãtẽ. Et vbi duo poli sunt super sũmitatem capitum non oriuntur neq̃ occidit aliqua stellarum fixarũ: et hic locus orbis equationis diei est locus horizontis. et est vna duarum medietatum sphere: quas secat orbis equationis diei apparens semper super terram: et medietas altera occulta semper sub terra. Et est vnaquecq̃ stellarum in linea medij celi bis in omni reuolutione: scz earum quedam etiam super terram: et quedam earum sub terra. ¶ Locorum vo declinium que sunt in eo quod est inter hec duo loca: sunt circuli linearum equidistantiũ: quorum centrum est polus: semper apparentes: et circuli semper occulti. Stelle vo que continentur ab his circulis apud duos polos: non oriuntur neq̃ occidunt. veruntamen ipse sunt in linea medij celi bis in omni reuolutione. Sed ille stelle que sunt in circulo semper apparente: sunt etiam super terram semper apparentes. Et reliquae quidem que sunt in circulo semper occulto: sunt sub terra semper. Ille vo que sunt super lineas equidistantes maiores: oriuntur et occidunt. et sunt in linea medij celi vice vna super terram in omni reuolutione. et vice vna sunt in linea medij celi sub terra. Et ex eo tempus quidem cuius initium est ab vno centrorum et reuersio ad ipsum: est vnũ in omni loco. quoniam non continetur nisi a reuolutione vna in sensu. Et tempus quidem cuius initium est ab vno centrorum et pertinet vsq̃ ad illud quod ei opponitur: tunc quidem cum videtur apud orbem meridiei est etiam vnum in omni loco. quoniam continetur a medietate reuolutionis vnius. Et quando quidem videtur apud horizontem: et fuerit orbis equationis diei super sũmitatem capitum etiam erit fm habitudinem vnam. quoniam vnũquodq̃ eorum continetur a medietate reuolutionis omnium linearum equidistantium quas secat non orbis meridiei tm: sed etiam orbis horizontis. In locis vo declinibus aliis non est tempus quod est super terram: et quod est sub terra idem omnium equidistantiũ. Et manifestum est quoniam non in omni loco tempus quod est super terram equale est tempori quod est sub terra: nisi quod est super orbem equationis diei tm. Quoniam hunc secat trii orbis horizontis in duo media etiam in sphera declini. Omnes vo equidistantes alie diuidunt in arcus non similes neq̃ equales. Et sequitur hoc vt sit tempus quod est ab oriente aut ab occidente ad vnam dua-

rum linearum medij celi equale omni tempori quod est ab illo medio celo ad orientem aut ad occidentem: propterea q̃ orbis meridiei secat lineas equidistãtes in portiones equales. Tempus vo quod est ab oriente aut ab occidente ad vnamquamq̃ duarum linearum medij celi in sphera quidem declini est diuersum. sed in sphera recta est equale. quoniam portiones que sunt super terram omnes sunt equales portionibus que sunt sub terra in hoc loco trin. Et propter hoc stelle que sunt in linea medij celi simul in sphera quidem recta oriuntur simul et occidunt simul semper. nisi ille quarum localis motus reuolutionis que est super duos polos orbis signorum est insensibilis. Sed in sphera quidẽ declini stelle que sunt in linea medij celi simul non oriuntur neq̃ occidunt simul. sed que earum sunt in parte meridiei: oriuntur semper post illas que sunt in parte septentrionis: ⁊ occidunt ante eas. ¶ Figure vo stellarum fixarum que videntur apud terram: ⁊ apud stellas retrogradas: aut apud partes orbis signorum: fm communitatem quidem etiam comprehendunturpropter illud quod contingit esse in oriente: aut in occidente: aut in medio celi simul: aut cum quibusdam stellis retrogradis: aut cum quibusdam partibus orbis signorum. Sed fm proprium propter stellas quarum motus videtur ad solem fm nouem modos. Modus figure prime est qui nominatur iliotis matutinalis: cũ fuerit stella in horizonte orientali cum sole. Illius est qui nominatur orientalis occultus: sequens elongata eleuatio ⁊ est cum fuerit stella in principio sue occultationis: ⁊ postea incipit eleuari post solẽ: ⁊ illius est qui nominatur orientalis occultus ascendens simul. Tertia cuꝫ fuerit stella ipsa ⁊ sol simul in loco vno horizontis orientalis ascendẽs simul. Et illius est qui nominatur orientalis precedens eleuationem ⁊ est cum stella in principio illius quod precedit orientalitatem suã eleuatur ante solẽ. ¶ Secunda vero figura est que nominatur medium celi matutinale: cum fuerit stella in orbe meridiei: ⁊ sol in horizonte orientali: aut super terram: aut sub terra. ⁊ huius etiam est qui nominatur medium celi postremum nõ enim videtur orientalis cum mediat celũ stella post eleuationem solis equaliter. Et est eius qui nominatur mediũ celi simul verũ orientale cũ mediat stella celũ cũ eleuatione solis eq̃lr: ⁊ est eius q̃ nõiatur mediũ celi aliũ orientale: ⁊ est cuꝫ mediat stella celũ est eleuationẽ solis eq̃lr: ⁊ qõ fuerit er hac sup terraꝫ videbit. ¶ Figura vo tertia ẽ que nõiat occasus matutinalis: ⁊ est cũ fuerit sol in horizõte orientali: ⁊ stella i horizonte occidẽtali. Et huius etiã est qui nominatur nõ occasus matutinalis postremus. Nõ enim videtur orientalis ⁊ est cũ fuerit occasus stelle quando eleuatur sol equaliter. Et illius est qui nominatur occasus simul verus orientalis cũ fuerit occasus stelle cum eleuatione solis equaliter. Et illius est qui nõiat occasus antecedens orientale qui videtur cum fuerit vt stella quando occultatur eleuetur sol equaliter. ¶ Figura aũt q̃rta est que nominatur iliotis mediũ celi. Et est q̃ cuꝫ fuerit sol in orbe meridiei: erit stella in horizonte iliotis. Et illius etiam sunt due spẽs vna earum est que est diurna ⁊ nõ videtur. ⁊ est cũ fuerit sol in medio celi super terram ⁊ stella oritur. Et alia earũ est que est nocturna ⁊ videt: est cũ fuerit sol in medio celi sub terra: ⁊ stella oritur. ¶ At figura quinta est que nõiatur mediũ celi meridies. ⁊ est cũ fuerit sol ⁊ stella simul in orbe meridiei. ⁊ huius etiaꝫ sunt duo modi diurni ⁊ non videntur. ⁊ est cũ fuerit sol in medio celi super terram ⁊ fuerit stella aut cuꝫ eo super terram in medio celi aut sub terra in opposito. Et duo modi nocturni. ⁊ est cuꝫ fuerit sol in medio celi sub terra. Horũ vnus nõ videtur, ille vero qui nõ videtur: est cũ fuerit stella cuꝫ sole in medio celi sub terra. Qui vero videtur: est cum fuerit super terraꝫ in opposito suo. ¶ Figura vo sexta est que nõiat medietas diurna. ⁊ est cũ fuerit stella in horizõte occidẽtali ⁊ sol in orbe meridiei. ⁊ huius ẽt que est diurna nõ videtur. ⁊ est cũ fuerit sol in medio celi super terrã ⁊ stella occidit. Que aũt eius ẽ nocturna ⁊ videt: est cũ fuerit sol in medio celi sub terra et stella occidit. ¶ Figura ãt septima est que nominatur iliotis vespertinus: ⁊ est cũ fuerit sol in horizonte occidẽtali: ⁊ stella in horizonte orientali. ⁊ huius etiaꝫ que nõiatur horizõtalis postrema vespertina videtur. ⁊ est cũ eleuatur stella statim post occidẽtẽ solẽ. Et eius est que nominat horizõtalis simul vera vespertina ⁊ est cũ fuerit vt stella eleuetur cũ occasu solis. Et eius que nõiatur orientalis antecedẽs vespertina nõ videtur. ⁊ est cũ eleuat stella antecẽs occidit sol. ¶ Figura ãt octaua est que nõiatur mediũ celi vespertinũ ⁊ est cũ fuerit sol in horizonte occidẽtali: ⁊ stella in orbe meridiei: aut super terrã: aut sub ea. Et hu⁹ ẽt est que nõiatur mediũ celi postremũ vespertinũ cũ fuerit vt q̃ sol occidit ẽt stella in medio celi: ⁊ q̃ fuerit ex ea super terrã videbitur. Et illius que nominat mediũ celi vespertinuꝫ occultũ simul: est cũ fuerit vt stella mediet celũ cũ solis occasu. Et eius que nominatur mediuꝫ celi antecedẽs nõ videtur: ⁊ est cũ fuerit vt stella mediet celũ ⁊ sol occidat. ¶ Figura aũt nona nõiatur occasus vespertinus. ⁊ est cũ fuerit stella cũ sole in horizõte occidẽtali. huius ẽt que nominatur occasus postremus vespertinus videtur cũ fuerit vt sit p̃ncipiũ occultationis stelle post occasuꝫ solis. Et ei⁹ que nominatur occasus occultus simul vespertinus. ⁊ est cũ fuerit occasus stelle cũ occasu solis. Et eius que nominat occasus antecedẽs vespertin⁹ nõ videtur. ⁊ est cum fuerit vt cum stella fuerit apud p̃ncipium sue orientalitatis: occidat ante occasum solis.

primus modus

Secundus modus

Tertius modus

Quartus modus

Quintus modus

Sextus modus

Septimus modus

Octauus modus

Nonus modus

Capitulum quintum de eleuatione stellarũ fixarũ ⁊ mediatione earũ cum eo qõ cõiungitur eis de tẗporibus orbis equationis diei ⁊ tẗporibus orbis signoꝝ.

Et postq̃ iam narrauimus sicut diximus: erunt tẗpora ortus stellarum fixarũ: ⁊ mediatõnis celi earũ: ⁊ occasus earũ veri qui videntur apud centrũ solis: ex hoc nota per lineas mensurabiles tantũ: ⁊ ex locis earũ est possibilis earũ inuentio: ꝓpterea q̃ partes orbis signoꝝ cum quibus est ortus cuiusq̃ stelle earũ: ⁊ mediationis celi eius: ⁊ occasus eius: demõstrantur per hec capitula que pene super duos polos duoꝝ orbium: orbis equationis diei: ⁊ orbis signorũ: super quem sint. a. b. g. d. ⁊ medietatẗ orbis equationis diei: supra quã sint. a. e. g. ⁊ sit polus eius punctus. r. ⁊ medietatem orbis signorũ supra quã sint. b. e. d. et eius polus. b. ⁊ ponã arcum orbis magni descripti super duos polos orbis signorũ: supra quẗ sint. b. t. k. l. ⁊ imaginabor aliquã stellarũ fixarum quesitam super notam puncti. t. quoniã loca earum non sunt nisi fm considerationes nostras: ⁊ quod descripsimus de eis nisi apud similitudinẽ hoꝝ orbium descriptorum. ⁊ describã arcum orbis magni descripti super duos polos orbis equationis diei: ⁊ super duos polos magni orbis: super punctum cuius. t. existit stella super quam sint. r. t. m. n. manifestum est igitur q̃ stella que est super punctum. t. mediat celum cũ duobus puncts orbis equationis diei ⁊ orbis signoꝝ que sunt super punctum. m. ⁊ punctum. n. Et ostendã illud ⁊ arcum. t. n. per id q̃ narrabo. Et quia ꝓpter illud quod declarauimus in principio libri Almagesti de duobus orbibus magnis inter duos arcus. b. a. et. a. n. duoꝝ magnorum orbiũ protrahuntur duo arcus duoꝝ magnorũ orbium arcus. b. l. ⁊ arcus. r. n. erit proportio chorde dupli arcus. b. a. ad chordã dupli arcus. a. r. aggregata ex duabus ꝓportionibus: scz ex proportione chorde dupli arcus. b. l. ad chordam dupli arcus. l. t. et ex ꝓportione chorde dupli arcus. t. n. ad chordam dupli arcus. n. r. vtriusq̃ vo arcũ. a. r. et. r. n. et. b. k. est ẗrta circuli. Et sciemus ex noto superius q̃ arcus. k. t. qui est latitudo: ⁊ arcus. k. b. qui est longitudo sunt noti. Et sciemus per id quod iam declaratum est de declinatione orbis signoꝝ arcum. r. b. ⁊ arcum. l. k. ⁊ ex eo declarabitur q̃ ex arcubus quesitis erunt arcus. b. a. ⁊ arcus. a. r. ⁊ arcus. b. l. ⁊ arcus. l. t. ⁊ arcus. r. n. noti. et ꝓpter hoc sciemus arcum. t. n. residuum. Et etiam quia proportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordã dupli arcus. b. a. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. r. t. ad chordã dupli arcus. t. n. ⁊ ex ꝓportione chorde dupli arcus. n. l. ad chordam dupli arcus. l. a. erunt ex arcubus quoꝝ quiritur scientia propter id quidẗ quod diximus hic arcus. r. b. ⁊ arcus. b. a. ⁊ etiam arcus. r. t. ⁊ arcus. t. n. noti. sed propter illud quidẗ q̃ eleuat simul de orbe eq̃tionis diei ⁊ orbe signorum in sphera recta ex arcu. k. b. sciemus arcum. l. a. ⁊ arcum. n. l. residuum. et propter illud sciemus ex toto arcu. n. a. arcum. m. b. orbis signorum.

Et sciemꝰ hoc uiter ꝓtes q̃ eleuant ⁊ occidũt cũ stellis fixis ⁊ de ꝓtibꝰ orbis eq̃tionis diei ⁊ ꝓtibꝰ orbis signoꝝ ex mediatiõe earũ celi fm hunc modũ describã aut orbẽ meridiei: supra quẗ sint. a. b. g. d. ⁊ medietatẗ orbis eq̃tiõis diei: supra quã sint. a. e. g. et sit polus eiꝰ pũctũ. r. ⁊ medietatẗ orbis horizõtis: supra quã sint. b. e. d. ⁊ sit eleuatio stelle sup pũctũ. b. horizõtis. ⁊ describã quãtitatẗ orbis magni sup duo pũcta. r. et. b. super quã sint. r. b. t. Et qr etiã inter duos arcus duoꝝ orbium magnoꝝ arcu. a. r. et arcu. a. e. protrahunt arcus. r. t. ⁊ arcus. e. b. erit ꝓportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. b. a. aggregata ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. b. t. et ex proportione chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. Sz ex arcubus quesitis quisq̃ arcũ. r. a. et. r. t. et. e. a. est quarta circuli. et sciemus propter altitudinem quidẗ polorum arcus. r. b. ⁊ propter mediationẽ celi sciemus pũctum. t. q̃ est orbis signorum equationis diei. et sciemus arcum. t. b. sciemus ergo propter illud arcum. t. e. residuum.

Et hoc uiter sciemus: q̃ si nos acceperimus in eis que occidũt simul arcum equalem arcui. t. e. in eo q̃ precedit punctũ. t. et est arcus. t. k. erit occasus stelle cũ pũcto. k. eq̃tionis diei: ꝓpea q̃ tũc erit occasus in arcu eq̃li arcui. b. h. et erit angulus qui est in eo q̃ precedit de orbe meridiei etiã equalis angulo qui cõtinet ab. a. r. et. t. r. in eo q̃ sequitur fm hãc figuram. Et sciemus per illud cuius iam precessit declaratio de nũeratione eleuationum in omni climate cũ eo q̃ eleuatur ⁊ occidit simul de partibus orbis equationis diei ⁊ partibus orbis signoꝝ partẗ que eleuatur orbis signoꝝ cũ pũcto. e. q̃ est orbis equationis diei: ⁊ cum stella. et partẗ que occidit orbis signorum cũ puncto. k. quod est orbis equationis diei: et cũ stella. Et manifestus est q̃ in tẗporibus in quibus erit sol super illas partes orbis signorum secũm veritatem: erit eleuatio stellarum fixarũ ⁊ mediatio celi earum et occasus earum qui videtur apud centrum solis quod vocatur centra aliorum vera.



Capitulum sextum in apparitione stellarum & occultatione earum.

Nos sumus ꝓtēti nūeratiōe capitulorū lineis mensurabilibus in apparitione stellarū & occultatione earū quē sumuntur ex locis earum tantū. Exempli cā dico non quemādmodū per ea declaratur q̃ stella talis aut talis elevetur cum parte tali aut tali orbis signorum: est possibile nobis scire per eius simile quantitatem arcus qui est longitudo solis ab horizonte sub terra apud principium apparitionis earum & occultationis. Non est enim possibile vt sit quantitas huius arcus quantitas vna: neq; in omnibus stellis: neq; in eisdem stellis in omni loco: verum ipse diuersificatur propter magnitudinem stellarum: & propter longitudinem earum in latitudine a sole: & propter declinationis alterationem orbis signorum. Nos nāq; si imaginati fuerimus orbē meridiei: supra quem sint. a. b. g. d. & medietatem orbis signorū: supra quam sint. a. e. r. g. & medietatem orbis horizontis: supra quā sint. b. e. d. et cuius polus sit punctum. h. tūc manifestū erit q̃ si aliqua stellarum que elevatur cum puncto. e. orbis signorum fuerit stella maior. et primum quo inceperit apparere. cā exempli dico: fuerit longitudo solis sub terra arcus. e. r. erit vt stelle minor. sed si sit eius longitudo a sole in latitudine: longitudo cōlis illi longitudini videatur eius longitudo a sole fm quātitatem arcus maioris arcu. e. r. & erit in suo ortu minor. Et etiam in stellis in magnitudine equalibus: si stella que est propior quiō puncto. e. in latitudine fuerit visa primum ex lōgitudine quātitatis arcus. e. r. tūc stella que est plus ea clōgata in latitudie videbit' ex lōgitudie maiore arcu. e. r. ppea q̃ in lōgitudine vna a sole sub terra erit radi' qui est ppinquor orbi signor: & soli plus eō q̃ ē ab eis magis clōgat'. Et stelle cōlis magnitudis que oriunt scōs lōgitudes cōles in latitudie fm multitudinis quātitatē declinatiōis orbis signor super horizonta faciunt angulum. d. e. r. minorem. & videtur stella primū ex lōgitudine maiore arcu. e. r. Nos nāq; si addiderimus & affirmauerimus sicut in forma alia que est post istas arcum orbis descripti super duos polos horizontis sole existente super pūctum. r. & manifestum est q̃ ille erit erectus super orbē horizontis supra quem sint. h. t. r. k. erit longitudo solis sub terra in illis eisdem stellis equalis semper arcui. r. t. fixa equalitate. Orbis enim qui sunt super terram aliquarum lōgitudinum equaliū sunt similes. & erit arcus. e. r. cuius fixus fuerit arcus. t. r. quēadmodum dicimus: tunc quidem cum fuerit orbis signorum erectus minor. & tunc quidē cum fuerit declinatus maior. In comprehensione aūt quātitatis longitudinis solis sub terra in orbe signorum est necesse considerare vnā quanq; stellarum. qm̃ si non fuerit longitudo que est super angulus rectum horizontis sicut illa que in hac forma descripta est arcus. r. t. fixa in omni quod habitatur & in illis stellis: pcēterea q̃ ortus earum nō sunt similes: neq; demonstrātur fm equalitatem in aere crosso qui est in climatibus septētrionalibus. erunt nobis necessarie cōsiderationes non in vno climate tm: sed in vnoquoq; climatum aliorū. Qō si concesserint in illis stellis eisdem arcum qui est similis arcui. r. t. in vno quoq; locor: sicut illud oportet qm̃ necesse est: vt accidat in stellis propter diuersitatem aeris simile qō accidit in ortibus earū erimus contenti longitudinibus quas considerauerimus in climate vno tm in eo quod volumus de inquisitione residui & inquisitione earum per lineas mensurabiles si fuerit diuersitas declinationis orbis medii signorum propter loca habitabilia: aut fuerit propter motus localem sperarū stellarū fixarum cum eo quod declaratur de motu locali earum ad id qō sequitur ex partibus orbis signor. At ponā in eo quod declaratum est de hac forma ex lōgitudinibus longitudinē arcus. e. r. ex consideratione vnius climatis quodcunq; clima fuerit. Et quia etiam in arcubus. b. b. & b. r. duorū orbium maior protrahuntur duo arcus. b. t. et. r. a. erit ꝓportio chorde dupli arc'. a. b. ad chordā dupli arcus. b. b. aggregata ex duabus ꝓportiōibus. ex ꝓportione chorde dupli arcus. a. e. ad chordam dupli arcus. e. r. & ex ꝓportione chorde dupli arcus. r. t. ad chordā dupli arc'. t. b. Et arcub' vero quesitis est vnusquisq; arcus. b. b. & t. b. quarta circuli. Et quia posuimus punctū. e. ipsam partem cū qua elevatur stella. & punctum. a. ipsam partem cum qua mediat celum. tunc ipse scietur ex tabulis elevationum. propter hoc ergo scietur arcus. a. e. & propter illud scietur arcus. e. r. ex consideratione. & scietur arcus. a. b. qui aggregatur ex longitudine puncti a. ab equatione diei: qō scit ex tabulis declinationis: & ex longitudine que est summitatis capitū ab eo qō est in equatione diei in illo orbium meridiei que est equalis altitudini poli. Erit ergo arcus. r. t. reliquus notus. & postq̃ iste est repertus fixus in omni loco cōprehendemus per ipsius quātitates arc'. e. r. que erūt in climatibus aliis. At & erit ꝓportio chorde dupli arcus. b. b. ad chordā dupli arcus. b. a. aggregata ex duabus ꝓportionibus. ex ꝓportione chorde dupli arcus. t. b. ad chordā dupli arcus. t. r. & ex proportione chorde dupli arcus. r. e. ad chordā dupli arcus. e. a. Et ex arcubus quesitis arcus quidem. r. t. sicut & nunc. & est punctum. e. ipsa pars cū qua elevatur stella in climate quesito: per id cuius tam precessit declaratio. & ꝓpter illud erunt ar-



eius.e.a.ꝛ arcus.b.a.qatl: erit ergo arcus.e r.reliquus qui est orbis signorũ erit etiam vatus.
¶ Et ꝑ hec capsa ꝛ fm similitudinẽ huiusmodi operabimur in occultationibus: que sunt apõ occasum.neq; mutabimus in hac forma:nisi locuz orbis signorum tñ ex partibus alis fm quantitatẽ declinationis eius in eis. Et describã in hac forma arcũ horizontis occidẽtalem: super quem sint b.d. Et vt non dimittamus hunc locuz: videmus q̃ in eo quod diximus est sufficientia ad declarandũ qõ cõsiderauimus in eo de sciẽtia huius capituli. Et propterea q̃ hoc capl'm aggregatum ex precedenti narratione:est valde multe diuersitatis:nõ propter diuersitatem locorum habitabilium ꝛ multitudinẽ alterationis declinationis orbis signorum in eis tñ. Sed ꝓpter multitudinem stellarum:ꝛ etiã propter considerationes que sunt ortum earum:erit hoc capl'm valde difficile ad sciendum:ꝛ erit visus cõsiderantiũ:ꝛ aer qui est in locis visis facientes principiũ tẽporis imaginatiõis eius diuersuz:ꝛ nõ verũ.neq; certificatur cum eo. Et erit fm q̃ vidi per lõgitudinẽ experimenti. ꝛ qõ vidimus de diuersitate in consideratiõibus istis similibus manifestũ notũ.s.capl'm. Et cũ hoc qm̃ propter motũ sphere stellarum fixarũ:non est possibile vt sint in omni climate ortus earum:ꝛ mediatio earum celi:ꝛ earum occasus:qui simul sunt fixi in oi hora: sicut isti quos diximus ꝛ protraximus per has demõstrationes ꝛ ꝓportiones ꝛ numeros:abstinuimus a multiloquio in presenti: et cõtenti fuimus in hoc eo quod inuenimus in eo ꝛ cuius terminus est propinquus libris antiquoꝝ:aut habitudinis spherice.ꝛ cui cõprehẽsiões est possibile declarare i omni hora. Qõ voluerit aliq̃s ponere cãm illius habitudines aeris apud ortus ꝛ occasus.ꝛ vt non referat illud ad loca orbis signorum:tunc nos videmus semper ꝓncipium temporuz non seruare illum ordinem neq; illã veritatem:ita vt nõ alteretur:qm̃ causa non est nisi tempus totũ: ꝛ non ꝓncipia temporum apparitionis ꝛ occultationis.sed ꝓpter omnes longitudines que reperiuntur ex figuris que sunt inter eas ꝛ inter solem:ꝛ ex eo quod est in figuris diuisionis inclinationum lune.

Expleta est dictio Octaua Libri Almagesti Ptolemei Pheludiensis.

¶ CL. Ptolemei Pheludiensis Dictio Nona Libri Almagesti Undecem continens capitula Fauste succedit.

¶ Capitulum primum De ordinibus spherarum solis ꝛ lune ꝛ stellarum quinqz retrogradarum.
¶ Capitulum secundum In equatione de premissione modorum diuersitatum stellarum quinqz retrogradarum.
¶ Capitulum tertium De reditionibus reuolutionum que sunt quinqz stellarum retrogradarum.
¶ Capitulum quartum In positione tabularum motuum mediorum que sunt stellarum quinqz erraticarum in longitudine ꝛ diuersitate.
¶ Capitulum quintum In eo cuius necessaria est premissio in modis stellarum quinqz retrogradarum.
¶ Capitulum sextum In declaranda diuersitate scõm duos modos.
¶ Capitulum septimum De ꝓbatione longitudinis longioris que est stelle mercurij fm motum suum localem.
¶ Capitulum octauũ De hoc quod stella mercurij est in longitudine propinquore in reuolutione vna bis.
¶ Capitulum nonum In scientia diuersitatis cursus mercurij.
¶ Capitulum decimum De equatione motuum mercurii qui sunt reuolutionum eius.
¶ Capitulum vndecimum In loco motuum qui sunt reuolutionis eius.

¶ Capitulum primum De ordinibus spherarum solis & lune & quinq; stellarum retrogradarum.

Quantus vero fuit possibile aliquē loqui de stellis fixis: & speciebus scientie habitudinum earum fm quātitatem quam fecit nos adipisci qō vidimus in tempore vsq; ad tempus nostrum hoc augmenti: & de comprehensione eius quod inquiritur de scientia earum est qō dicimus. Et quia iam remansit de complemento nostri libri huius declaratio habitudinum stellarum quinq; erraticarum: reducam sermonem in eo, et non reiterabo sermones in omnib⁹. et aggregabo illud in capitulis fm quātitatem qua possibile est nobis in vnquaq; earū. Et in principio illius narrabo de ordinibus spherarum earū: q̄rū reuolutio locum est etiā super duos polos orbis declinis: qui trā sit per medium signorum. Sed q̄ omnes sphere iste sint sub inferiore longitudine sphere stellarum fixarum a terra: & super longiorem sphere lune a terra & q̄ sphere tres: quarum maior est Saturni, et scōa que est sub lōgitudine eius inferiore a terra est Jouis, et illa que est sub ea est Martis: sint in longitudine longiore spherarum reliquarū & sphere solis. illud est in quo vidimus antiquos doctrinales cōtentisse. De sphera autē stelle Veneris: & sphera stelle Mercurij dixerunt antiqui q̄ ipse sint sub sphera solis. Quidam vero eorū qui fuerunt post eos viderunt q̄ he due sphere etiam sunt supra spheras solis propterea quia non tegunt solem vnq̄. Nos autem videmus q̄ hec consideratio non est vera: propterea q̄ iam possibile est vt sit aliqua earum sub sole: & non sit in linea vna que est inter solem & inter oculos nostros necessario: et propter hoc non videtur tegere solem sicut luna apud cōiunctionem. plerūq; namq; non tegit solem. Non autem est possibile vt sit qō dixerunt hi neq; scōm modum alium: propterea q̄ neq; vna stellarum harum est que habeat diuersitatem aspectus sensibilem cuius longitudines assumantur cum videtur. Et ex hoc declaratur nobis q̄ ordines antiquorum veri sunt & certi. Ipsi namq; fm aptitudinem nature diuiserunt inter vnamquāq; longitudinum earum que elongantur a sole per solē medium: & inter eas que non elongantur ab eo: sed reuolutur semper circa eum: fm quātitatē qua non sit longitudini earum que est longitudinis earum inferioris a terra aliquid cuius diuersitas aspectus sit magna quātitas.

¶ Capitulum secundum in equatione de premissione modorum diuersitatis stellarum quinq; retrogradarum.

Ordo vero harum spherarum est fm q̄ dixim⁹. Et q; voluimus vt declaremus qō vidimus de omnibus diuersitatibus motuum stellarum q̄nq; erraticarum que sunt fm motus similes in reuolutionibus absq; diuersitate: sicut demonstrauimus in sole & luna. isti namq; motus non sunt nisi proprietates nature spiritālis alienē ab omni cuius motus est non fm similitudines & absq; ordine. tunc oportet vt estimemus q̄ sapiens rectificatio illius & eius equatio est magna. & q̄ fm veritatem est complementum doctrine sapientie doctrinaliu. et q̄ est difficilis fm veritatem propter multas causas. et q̄ non peruenit ad rectitudinem omnis equationis eius aliquis eorum qui precesserunt. in inquisitione enim motuum reuolutionum cuiusq; stellarum quia possibile est vt attenuetur a visibus subtile qō volunt apud obuiationem considerationum & comparatione aliorum ad alias. tunc velociter fiat diuersitas sensibilis in eo quod peruenit ex tempore cum fuerit inquisitio eius in tempore breui. sed cum fuerit in tempore longo: tarde fiet sensibilis. Et illud tempus et quo peruenium ad nos considerationes scripte: que sunt stellarum quinq; retrogradarum. quia est breue apud magnitudinem eius cuius volunt comprehensionem in tempore longo: quod est duplum dupli eius: facit sermonem qui precessit in eo quod est factum non verum. In inquisitione vero diuersitatum ingreditur ex dubitatione sententie non parum propterea q̄ videntur cuiusq; stellarum due diuersitates que non sunt equales neq; in magnitudine neq; in temporibus reditionum. quarum vna videtur propter solem: & altera propter partes orbis signorum. & cum conuenerimus eas ambas: erit semper proprietas cuiusq; earum propter illud difficilis cognitionis. et propterea q̄ plures considerationes antiquorum sunt scripte & aggregate non sapienter. tunc propinque earum continent stationes stellarum totius earum. Sed comprehensio proprietatum cuiusq; harum duarum non est absq; dubitatiōe in se. Stationes quidem non est possibile vt declarēt tempus verum. quoniam earum localis motus ad loca in diebus pluribus nō est sensibilis ante stationem & post stationem: sed motus nō

Difficultas fm motus proprios

Difficultas fm motus diuersitatum

quia ipsi velent loca subito cum eo quod apparet primum ⁊ postremum tantum: sed quia possibile est vt fit in eis error in tempore propter diuersitatem aeris in locis: ⁊ visum eorum qui considerant. Et vniuersaliter dico q̃ considerationes que sunt in tempore longo quarũdam stellarum erraticarum cum vna stellarum fixarum: si considerator non aspexerit doctrinaliter ⁊ sapienter ꝗ omnes causas: erit quãtitas mensurationis eius cuius vult comprehensionẽ impossibilis ⁊ difficilis considerationis. et erit illud estimatio ⁊ meditatio non propter lineas que sunt inter stellas visas tantum: que faciunt angulos diuersos apud orbem signorum: qui non sunt anguli recti fm habitudinem. et hoc enim fm veritatem erit in eis error plurimus propter multitudinem modorum declinationis orbis signorum apud cognitionem locorum earum in longitudine ⁊ latitudine sed propterea q̃ earũ longitudines cum fuerint apud horizontes videbuntur fm visus maiores. et cum fuerint in medio celi videbuntur minores. Et manifestum est q̃ propter illud est possibile vt sint quandoq̃ ad maiorem: ⁊ quandoq̃ ad minorem quãtitatẽ longitudinis vere. Et propter illud estimauit abzachis amore veritatis propter omnia que vidimus: ⁊ precipue quoniã non peruenerũt ad eum cause multe considerationũ verarum eorum qui fuerunt ante eum ẗ̃ multe sunt cõsiderationes quas ipse ad nos trãsmisit: ⁊ quas nos adipisci fecit. Modo quidem solis ⁊ lune fecit nos adipisci: fm q̃ conuenit nobis eorum inquisitio ⁊ declaratio fm demonstrationem omni ingenio qui sunt per motus in reuolutionibus absq̃ diuersitate. Sed stellas quinq̃ erraticas non vidit in aliquo qui ad nos peruenerũt suorum libarorum. neq̃ vidit nisi considerationes earum tantum quibus conficeretur ⁊ quibus demonstretur q̃ cause que videntur in eis non sunt similes causis modorum aliquorum doctrinalium qui fuerunt tunc. quoniã ipse non fuit contentus narratione eius quod conuenit tantum: q̃ vnaquaq̃ stellarum habet duas diuersitates ⁊ q̃ rectitudo cuiusq̃ earum nõ est equalis. et q̃ postremi doctrinales posuerunt demonstrationes que sunt cum lineis mẽsurabilibus fm diuersitatem vnam ⁊ rectitudinem vnam. Et ipse non fuit contentus etiam q̃ he due diuersitates sint aut super orbes egredientium centrorum: aut super orbes quorum centra sunt centrum orbis signorum: ⁊ sunt reuoluti: ⁊ reuoluunt orbes reuolutionis. Aut contingit vt sint ambe diuersitates. et sit diuersitas que est propter orbem signorum quãtitatis talis: ⁊ diuersitas que est propter solẽ quãtitatis talis. Sermo enim hic est eorũ qui nominantur positores tabularum septẽtrionalium. ipsi namq̃ voluerũt affirmare q̃ motus est in reuolutionẽ. et q̃ ipse est absq̃ diuersitate. et illud cum falsitate ⁊ absq̃ probatione recepta. Sunt namq̃ quidam hominũ qui non sequuntur hunc sermonem. et eorum sunt quidam qui sequuntur ipsum. sed ipsi sunt numerationis parue. Abzachis vero vidit q̃ illi qui peruenerunt in omnibus doctrinalibus ad finem subtilitatis: ⁊ amorem veritatis: non sunt contenti stare apud hoc: sicut contenti sunt alij: qui estimant q̃ eorum sermo non est cum contrarietate veritatis. Sed necessario oportet illum qui vult sedare seipsum ⁊ sedare aspicientes cum veritate: vt declaret quantitatem cuiusq̃ duarum diuersitatũ per probationes earum que videntur ⁊ in quibus conuenit. et vt demonstret eas ambas. et demonstret orbes in quibus he due diuersitates sunt fm ordines suos: et loca earum: ⁊ modos motuum earum: donec assumantur ⁊ inueniantur fm q̃ videtur conueniens proprietati quam posuit de modo orbũ. ¶ Iam autem estimo q̃ illud quod vidi fuit ei difficile. non tamen hoc dico quod vidi: vt extollar per ipsum: sed vt si coegerit nos res eadem vbicunq̃ fuerit opus operari tractare de quibusdam stellis ꝗ plurimum ⁊ magis q̃ hic. sicut verbi gratia ponemus demonstrationes per orbes extractos solum quod lineant motus earum in speris suis: ⁊ sunt earum superficies in quibus ipse sunt ipsa superficies orbis medij signorum propter decorem qui sequitur illud. et ponemus quasdam stellas principia: ⁊ non sit earum comprehensio ex principio ꝗ so. sed fit cum consequentia experimẽti. et earum conuenientia primum facit opportere vt ponatur modus motuum omnium earum: aut modus declinationis orbũ modus vnus. Ita vt non alteretur scientie nostre. non enim impeditur opus nostrum in eo aliquo modo ex hoc aut eius simili. neq̃ quod ponitur absq̃ probatione: quod non affert diuersitatem que habeat quãtitatem. Et postquã fuerit illud quod comprehenditur ex eo conueniens ei quod videtur quãtus sit eius inuẽtio absq̃ via scientie. et quamuis sit modus comprehensionis eius difficilis sensus. penitus enim dico q̃ principiorum primorum causa fm naturam aut non est aliquid: aut est eã quo non ratiocinamur. et q̃ diuersitas mancierum partium orbium vbicunq̃ eius comprehensio videtur in stellis omnibus non est equalis. nõ ergo oueni alicui vt estimet illud miraculum. Que fuerunt stelle cum eo quod seruat earum summa de motibus earum simplicibus absq̃ diuersitate demonstrabo totum quod videtur magis integre ⁊ aggregate quod fuerit de modorum simili earum. et faciemus in demõstrationibus cuiusq̃ earum considerationes in quibus non dubitatur. s. in quibus erunt stelle ⁊ luna conuerte: aut fm proprietatem multam. et precipue considerationes que inueniuntur per instrumenta. sicut quando fuerit visus precedens in duobus foraminibus oppositis: que sunt in orbib̃

armillarum fm longitudines equales ab omnibus partibus.et fuerit visus aspiciens ex arcubus similibus transitus cuiusq; stellarum ad orbem medij signorum in longitudine ⁊ latitudine fm q̃ subtilius ⁊ verius est possibile cum revolutione armille orbis signorum: que est in instrumento:⁊ revolutione duorum foraminum oppositorum que sunt in orbibus descriptis super duos polos orbis medij signorum ad illud quod consideravimus de stellis.

¶ Capitulum tertium de reditionibus revolubilibus que sunt stellarum quinq; retrogradarum.

Et postquã premisi earum acceptionem sicut diximus. Ponam primum quod elegit abzachis de reditionibus revolubilibus partis: quẽ sunt simul cuiusq; stellarum quinq; erraticarum fere: quas equavimus ex eo quod declaratum est nobis ex propinquitate locorum earum post probationes diversitatum: quemadmodum declaravimus in locis suis.et nos non premiserimus eas nisi vt sit q̃ cõpanium ad ꝓsiderationes diversitatũ positũ preparatũ ex divisione motuum medior̃ qui sunt cuiusq; earum in longitudine ⁊ diversitate.et hic non est plurima diversitas: cuius aliquis faciat transitus medios centri eorũ. Cõmuniter autem quod necessario longitudo quidem est motus centri orbis revolutionis in orbe centri egredientis.⁊ diversitas quidam est motus stelle in orbe revolutionis. ¶ Diversitatis vero stelle saturni iam invenimus. 57.revolutiones compleri in annis solaribus nostrorum annorum.s.qui sunt ab vno duorum tropicorum:aut ab vna duarum equalitatis vsq; ad eius simile.59.annis ⁊ die vno et medietate ⁊ quarta diei fere.Et manifestum est q̃ revolutiones stelle sunt due revolutiones ⁊ pars vna ⁊ due tertie partis ⁊ medietas decime partis. In stellis enim tribus q̃ibus consequitur sol semper est numerus revolutionũ quas revolvit sol in tempore reditionis que est cuiusq; earum sicut numerus revolutionum stellarum in longitudine ⁊ diversitate coniunctis.Et invenimus.65.revolutiones que sunt diversitatis Jovis compleri similiter in.71.anno solari: exceptis quatuor diebus ⁊ medietate ⁊ tertia diei ⁊ parte quintadecima diei fere.Et cum sex revolutionibus revolutionum stelle que sunt a tropico vsq; ad sui simile diminutis ide quatuor partibus ⁊ medietate ⁊ tertia partis.et invenim̃.37.revolutiões que sunt diversitatis Martis compleri in.79. annis solaribus nostrorũ annorum ⁊ tribus diebus ⁊ sexta diei ⁊ parte vicesima diei fere.et cum revolutionibus revolutionũ stelle que sunt a tropico vsq; quo redeat ad ipsum.42.ptibus ⁊.3.partibus ⁊ sexta ptis. Et invenimus d̃q; revolutiones que sunt diversitatis Veneris compleri in octo annis solaribus nostrorum annorum dẽptis duobus diebus ⁊ quarta diei ⁊ parte vigesima diei fere.et cum revolutionibus equalis numeri numero revolutionũ solis octo revolutiones: dẽptis inde duabus partibus ⁊ quarta partis. Et reperimus.145.revolutiones que sunt diversitatis stelle mercurij compleri in.46.annis solaribus ⁊ die vno ⁊ parte trigesima diei fere. Et cum revolutionibus numeri equalis numero revolutionum solis etiam.46.revolutiones ⁊ partem vnã. ¶ Si nos ergo divisiserimus in vnaquaq; stellarum tempus reditionis per dies: fm q̃ declaravimus de diebus anni ⁊ numerum revolutionũ quidẽ diversitatis per partes cuiusq; revolutionũ.s.360. partes.erit tempus in saturno quidem dies.21551.dies ⁊ quinta ⁊ decima diei. et erunt partes diversitatis.25220.partes.Et in Jove quidẽ.25927.dies ⁊ quarta ⁊ quinta ⁊ sexta diei.Et erunt partes diversitatis.23400.partes.Et in stella quidẽ Martis erunt dies. 28857.dies ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas decime diei. Et erunt partes diversitatis. 13320.partes.Et in stella quidem veneris erunt dies.2919.dies ⁊ medietas et quinta diei.Et erũt partes diversitatis.1800.partes.Et in stella Mercurij erunt dies.16802. dies ⁊ due quinte diei.Et erunt partes diversitatis.52200.partes. ¶ Cum ergo nos divisiserimus summam numeri partium proprietatis que est cuiusq; stelle ex diversitate per summam numeri dierum eius: invenietis portionem diei vnius diversitatis que est motus medij: Saturni quidem cifre ⁊.57.minuta ⁊.7.secunda ⁊.43.tertia ⁊.41.quartum et 43.quinta ⁊.40.sexta fere.Et Jovis quidem cifre ⁊.54.minuta ⁊.9.secunda ⁊.2.tertia ⁊.46.quarta ⁊.26.quinta.Et Martis quidem cifre ⁊.27.minuta ⁊.41.secunda ⁊.40.tertia ⁊.19.quarta ⁊.20.quinta ⁊.58.sexta.Et Veneris quidem cifre ⁊.36.minuta ⁊.59.secũda ⁊.25.tertia ⁊.53.quarta ⁊.11.quinta ⁊.28.sexta.Et Mercurij quidem tres partes ⁊.6.minuta ⁊.24.secunda ⁊.6.tertia ⁊.59.quarta ⁊.35.quinta ⁊.50.sexta. ¶ Cum ergo acceperimus ex vnaquaq; harum partium partem vicesimam quartam earum. erit illud portio diversitatis medie cuiusq; stellarũ hore vnius. Saturni d̃dẽ.o. ⁊.2.minuta ⁊ 22.secunda ⁊.49.tertia ⁊.19.quarta ⁊.14.quinta ⁊.19.sexta ⁊.10.septima.Et Jovis.o. ⁊.2.minuta ⁊.15.secũda ⁊.22.tertia ⁊.36.quarta ⁊.56.quinta ⁊.5.sexta.Et Martis.o. ⁊ vnum minutum ⁊.9.secũda ⁊.14.tertia ⁊.10.quarta ⁊.48.quinta ⁊.22.sexta ⁊.25.se-

prima. Et Veneris quidem. o. ℣ vnum minutum ℣. 32. secunda ℣. 28. tertia ℣. 34. quarta ℣. 42. quinta ℣. 58. sexta ℣. 40. septima. Et Mercurii. o. et. 7 minuta ℣. 46. secũda ℣. o. tertia ℣. 17. quarta ℣. 18. quinta ℣. 49. sexta ℣. 35. septima. ¶ Et etiam cum nos multiplicauerimus portionem vnius diei vnius cuiusq; stelle in. 30. erit motus diuersitatis medie mensis vnius. Saturni quidem. 28. partes ℣. 33. minuta ℣. 51. secunda ℣. 50. tertia et 51. quartum ℣. 50. quinta. Et Jouis. 27. partes ℣. 4. minuta ℣. 31. secunda ℣. 23. tertia ℣. 13. quarta. Et Martis. 13. partes ℣. 50. minuta ℣. 50. secũda ℣. 9. tertia ℣. 40. quarta ℣. 29. quinta. Et Veneris. 18. partes ℣. 29. minuta et. 42. secũda ℣. 56. tertia ℣. 35. quarta ℣. 44. quinta. Et Mercurii. 93. partes ℣. 12 minuta ℣. 3. secundo ℣. 29. tertia ℣. 47. q̃r ta ℣. 55. quinta. ¶ Et similiter cum nos multiplicauerimus portionem omnis stelle diei vnius in numerum dierum anni vnius egyptij. s. 365. erit motus diuersitatis medie anni vnius. Saturni quidez. 347. partes ℣. 32. minuta ℣. o. secunda ℣. 48. tertia ℣. 50. quarta ℣. 38. quinta ℣. 20. sexta. Et Jouis. 329. partes ℣. 25. minuta ℣. 1. secundũ ℣. 52. tertia ℣ 28. quarta ℣. 10. quita ℣. o. Et Martis. 168. partes ℣. 28. minuta ℣. 30. secũda ℣. 17. tertia ℣. 42. quarta ℣. 32. quinta ℣. 50. sexta Et Veneris. 225. partes ℣. 1. minutum ℣. 32. secũda ℣. 28. tertia ℣. 34. quarta ℣. 39. quinta ℣. 15. sexta. Et Mercurii superfluitas post proiectionem reuolutionum. 53. partes ℣. 56. minuta ℣. 42. secunda ℣. 32. tertia ℣. 32. quarta ℣. 59. quinta ℣. 10. sexta. ¶ Et similiter cum nos multiplicauerimus portionez cuiusq; stelle anni vnius egyptii in. 18. quemadmodum fecimus in tabulis solis ℣ lune. erit quod remanebit ex superfluitate post reuolutiones integras. 18. annorum egyptiorum: quod est motus diuersitatis medie. Saturni quidem. 135. partes ℣. 36. minuta ℣. 14. secunda ℣. 39. tertia ℣. 11. quarta ℣. 30. quinta. Et Jouis quidem. 169. partes ℣. 30. minuta ℣. 33. secũda ℣. 44. tertia ℣. 27. quarta. Et Martis. 152 partes ℣. 33. minuta ℣. 5. secunda ℣. 18. tertia ℣. 45. quarta ℣. 51. quintũ. Et Veneris. 90. partes ℣. 27. minuta ℣. 44. secunda ℣. 34. tertia ℣. 23. quarta ℣. 46. quinta ℣. 30. sexta. Et Mercurii. 251. pars ℣. o. ℣. 45. secunda ℣. 45. tertia et ℣. 53. q̃rta ℣. 45. quinta ℣. o. Et fm hoc exemplum pertractabimus motus medios in longitudine. Sed tamen non est nobis necesse vt diuidamus summam numeri partium reuolutionum per dies temporis positi cuiusq; stelle. quoniam qõ est Veneris: ℣ qõ est Mercurij ex motu est ille idem cuius iam premisimus narrationem solis. Quod vero reliquę stellę tres habent ex motibus: est quod deest motui cuiusq; earũ in diuersitate ex motu solis in longitudine ℣ cum quo erit complementum eius in numeris proprietatis cuiusq; stelle earum. Quapropter erit motus diei vnius medius in longitudine Saturni quidem. o. ℣. 2. minuta ℣. o. ℣. 33. tertia ℣. 31. quartum ℣. 28. quinta et 51. sextum. Et Jouis. o. ℣. 4. minuta ℣. 59. secunda ℣. 14. tertia ℣. 26. quarta ℣. 46. quinta ℣. 31. sextũ. Et Martis. o. ℣. 31. minutus ℣. 26. secũda ℣. 36. tertia ℣. 53. quarta ℣. 51. quintũ ℣. 33. sexta. ¶ Et erit motus vnius horę in longitudine. Saturni quidem. o. ℣. o. etiam ℣. 5. secunda ℣. 1. tertium ℣. 23. quarta ℣. 48. quinta ℣. 42. sexta ℣. 31. septimum ℣ 1. octauũ. Et Jouis. o. ℣. o. et ℣. 12. secunda ℣. 28. tertia ℣. 6. quarta ℣. 6. quinta ℣. 56. sexta ℣. 17. septima ℣. 20. octana. Et Martis. o. ℣. 1. minutũ ℣. 18. secũda ℣. 36. tertia ℣. 32. quarta ℣. 14. quinta ℣. 38. sexta ℣. 52. septima ℣. 30. octana. ¶ Et erit motus mensis vnius in longitudine Saturni quidem pars vna. ℣. o. ℣. 16. secunda ℣. 45. tertia ℣. 44. quarta ℣. 25. quinta ℣. 30. sexta. Et Jouis quidez. 2. partes ℣. 29. minuta ℣. 37. secunda ℣. 13. tertia ℣. 23. quarta ℣. 15. quinta ℣. 30. sexta Et Martis. 15. partes ℣. 43. minuta ℣. 18. secunda ℣. 26. tertia ℣. 55. quarta ℣. 46. quinta ℣. 30. sexta. ¶ Et erit motus anni vnius egyptii in longitudine Saturni quidem. 12. partes ℣. 13. minuta ℣. 23. secunda ℣. 56. tertia ℣. 30. quarta ℣. 30. quinta ℣. 15. sexta. Et Jouis quidem. 30. partes ℣. 20. minuta ℣. 22. secunda ℣. 52. tertia ℣. 52. quarta etiam ℣. 38. quinta ℣. 35. sexta. Et Martis. 191. pars ℣. 16. minuta ℣. 54. secunda ℣. 27. tertia ℣. 38. quarta ℣. 35. quinta ℣. 45. sexta. ¶ Et erit motus in longitudine. 18. annorum egyptiorum Saturni quidem. 220. partes ℣. 1. minutum ℣. 10. secunda ℣. 57. tertia ℣. 9. quarta ℣. 4. quinta ℣. 30. sexta. Et Jouis quidez superfluitas reuolutionum. 186. partes ℣. 6. minuta ℣. 51. secundum ℣. 51. tertium etiam ℣. 53. quarta ℣. 34. quinta ℣. 30. sexta. Et superfluitas reuolutionũ Martis. 203. partes ℣. 4. minuta ℣. 20. secunda ℣. 17. tertia ℣. 34. quarta ℣. 43. quinta ℣. 30. sexta. ¶ Et ordinabo etiam causa alleuiationis differentiae tabularum secundum ordinem cuiusq; stellarum ad componendum motus medios positos in fine huius capituli post hoc in. 45. a. reis: secundum similitudinem eius quod fecimus in his que precesserunt. Et in prima trium differentiarum, erit compositio annorum coniunctorum. 18. Et in secunda earuz cõpositio annorum expansorum: ℣ horarum. Et in tertia earum compositio mensium ℣ dierum.

¶ Capitulum quartum in positione differentiarum tabularum motuum mediorum que sunt quinq; stellarum erraticarum in longitudine ℣ diuersitate. Et hec est lineatio tabularum.

Dictio

Tabula motuum stellarum quinq; mediorum longitudinis et diuersitatis.

Motus Saturni in annis coniunctis longitudinis et diuersitatis.

Nō motus diuersitatis quinq; cæpit tabulis suis motus aequinoctii motui.

♄ ♄

Longitudo.								Diuersitas.						
Anni diuicti.	pteo	rh	2	3	4	5°	6°	pteo	rh	2	3	4	5°	6°
18	220	1	10	57	9	4	30	135	36	14	39	11	30	0
36	80	2	21	54	18	9	0	271	12	29	18	23	0	0
54	300	3	32	51	27	13	30	46	48	43	57	34	30	0
72	160	4	43	48	36	18	0	182	24	58	36	46	0	0
90	20	5	54	45	45	22	30	318	1	13	15	57	30	0
108	240	7	5	42	54	27	0	93	37	27	54	9	0	0
126	100	8	16	40	3	31	30	229	13	42	34	20	30	0
144	320	9	27	37	12	36	0	4	49	57	13	32	0	0
162	180	10	38	34	21	40	30	140	26	11	52	43	30	0
180	40	11	49	31	30	45	0	276	2	26	31	55	0	0
198	260	13	0	28	39	49	30	51	38	41	11	6	30	0
216	120	14	11	25	48	54	0	186	14	55	50	18	0	0
234	340	15	22	22	57	58	30	322	51	10	29	29	30	0
252	200	16	33	20	7	3	0	98	27	25	8	41	0	0
270	60	17	44	17	16	7	30	234	3	39	47	52	30	0
288	280	18	55	14	25	12	0	9	39	54	27	4	0	0
306	140	20	6	11	34	16	30	145	16	9	6	15	30	0
324	0	21	17	8	43	21	0	280	52	23	45	27	0	0
342	220	22	28	5	52	25	30	56	28	38	24	38	30	0
360	80	23	39	3	1	30	0	192	4	53	3	50	0	0
378	300	24	50	0	10	34	30	327	41	7	43	1	30	0
396	160	26	0	57	19	39	0	103	17	22	22	13	0	0
414	20	27	11	54	28	43	30	238	53	37	1	24	30	0
432	240	28	22	51	37	48	0	14	29	51	40	36	0	0
450	100	29	33	48	46	52	30	150	6	6	19	47	30	0
468	320	30	44	45	55	57	0	285	42	20	58	59	0	0
486	180	31	55	43	5	1	30	61	18	35	38	10	30	0
504	40	33	6	40	14	6	0	196	54	50	17	22	0	0
522	260	34	17	37	23	10	30	332	31	4	56	33	30	0
540	120	35	28	34	32	15	0	108	7	19	35	45	0	0
558	340	36	39	31	41	19	30	243	43	34	14	56	30	0
576	300	37	50	28	50	24	0	19	19	48	54	8	0	0
594	60	39	1	25	59	28	30	154	56	3	33	19	30	0
612	280	40	12	23	8	33	0	290	32	18	12	31	0	0
630	140	41	23	20	17	37	30	66	8	32	51	42	30	0
648	0	42	34	17	26	42	0	201	44	47	30	54	0	0
666	220	43	45	14	35	46	30	337	21	2	10	5	30	0
684	80	44	56	11	44	51	0	112	57	16	49	16	0	0
702	300	46	7	8	53	55	30	248	33	31	28	28	30	0
720	160	47	18	6	3	0	0	24	9	46	7	40	0	0
738	20	48	29	3	12	4	30	159	46		46	51	30	0
756	240	49	40	0	21	9	0	295	22	15	26	3	0	0
774	100	50	50	57	30	13	30	70	58	30	5	14	30	0
792	320	52	1	54	39	18	0	206	34	44	44	26	0	0
810	180	53	12	51	48	22	30	342	10	59	23	37	30	0

Tabula motuum stellarum quinq; mediorum longitudinis et diuersitatis.

Motus Saturni in annis expansis et horis longitudinis et latitudinis.

♄ ♄

Longitudo.								Diuersitas.							
Ann. expāsi.	gtes	m̃	ẽ	ẽ	ẽ	5ª	6ª	gtes	m̃	ẽ	ẽ	ẽ	5ª	6ª
1	12	13	23	56	30	30	15	347	32	0	48	50	38	20
2	24	26	47	53	1	0	30	335	4	1	37	41	16	40
3	36	40	11	49	31	30	45	322	36	2	26	31	55	0
4	48	53	35	46	2	1	0	310	8	3	15	22	33	20
5	61	6	59	42	32	31	15	297	40	4	4	13	11	40
6	73	20	23	39	3	1	30	285	12	4	53	3	50	0
7	85	33	47	35	33	31	45	272	44	5	41	54	28	20
8	97	47	11	32	4	2	0	260	16	6	30	45	6	40
9	110	0	35	28	34	32	15	247	48	7	19	35	45	0
10	122	13	59	25	5	2	30	235	20	8	8	26	23	20
11	134	27	23	21	35	32	45	222	52	8	57	17	1	40
12	146	40	47	18	6	3	0	210	24	9	46	7	40	0
13	158	54	11	14	36	33	15	197	56	10	34	58	18	20
14	171	7	35	11	7	3	30	185	28	11	23	48	56	40
15	183	20	59	7	37	33	45	173	0	12	12	39	35	0
16	195	34	23	4	8	4	0	160	32	13	1	30	13	20
17	207	47	47	0	38	34	15	148	4	13	50	20	51	40
18	220	1	10	57	9	4	30	135	36	14	39	11	30	0

hore	Longitudo.							Diuersitas.						
1	0	0	5	1	23	48	42	0	2	22	49	19	14	19
2	0	0	10	2	47	37	24	0	4	45	38	38	28	38
3	0	0	15	4	11	26	6	0	7	8	27	37	42	57
4	0	0	20	5	35	14	48	0	9	31	17	16	57	16
5	0	0	25	6	59	3	30	0	11	54	6	36	11	35
6	0	0	30	8	22	52	13	0	14	16	55	55	25	54
7	0	0	35	9	46	40	55	0	16	39	45	14	40	14
8	0	0	40	11	10	29	36	0	19	2	34	33	54	33
9	0	0	45	12	34	18	19	0	21	25	23	53	8	52
10	0	0	50	13	58	7	1	0	23	48	13	12	23	11
11	0	0	55	15	21	55	43	0	26	11	2	31	37	30
12	0	1	0	16	45	44	25	0	28	33	51	50	51	49
13	0	1	5	18	9	33	7	0	30	56	41	10	6	9
14	0	1	10	19	33	21	49	0	33	19	30	29	20	28
15	0	1	15	20	57	10	31	0	35	42	19	48	34	47
16	0	1	20	22	20	59	13	0	38	5	9	7	49	6
17	0	1	25	23	44	47	55	0	40	27	58	27	3	26
18	0	1	30	25	8	36	38	0	42	50	47	46	17	45
19	0	1	35	26	32	25	20	0	45	13	37	5	32	4
20	0	1	40	27	56	14	2	0	47	36	26	24	46	33
21	0	1	45	29	20	2	44	0	49	59	15	43	0	42
22	0	1	50	30	43	51	26	0	52	22	5	3	15	1
23	0	1	55	32	7	40	8	0	54	44	54	22	29	20
24	0	2	0	33	31	28	51	0	57	7	43	41	43	40

Dictio

Tabula motuum stellarum quinq; mediorum longitudinis et diuersitatis.

Motus Saturni in mensibus et diebus longitudinis et diuersitatis.

♄ ♄

Longitudo.								Diuersitas.						
Mensis.	gtes	m̃	ẗ	s̃	q̃	5ª	6ª	gtes	m̃	ẗ	s̃	q̃	5ª	6ª
1	1	0	16	45	44	25	30	28	33	51	50	51	50	0
2	2	0	33	31	28	51	0	57	7	43	41	43	40	0
3	3	0	50	17	13	16	30	85	41	35	32	35	30	0
4	4	1	7	2	57	42	0	114	15	27	23	27	20	0
